



Ex libris P. Dd. Hadrch
Theologi [illegible]
in Seminario.

MIRABILIA VRBIS ROMAE VBI AGITVR DE ECCLESIIS, Stationibus, Reliquijs, & Corporibus Sanctis

CVM DVCE ROMANO QVI DOCET Peregrinos, & Aduenas inuenire præcipua eiusdem Vrbis loca.

CATALOGO QVOQVE SVMMORVM PONTIFICVM, Imperatorum, Regumq; Francorum, & Cathalogo itineris Lauretani.

OPVS RECENS CORRECTVM ET AMPLIATVM HOC ANNO M.DC.XVIII. & egregijs delineationibus adornatum.

Adiunctis omnibus quæ facta sunt à Summis Pontificibus, videlicet XYSTO V. CLEMENTE VIII. & PAVLO V.

LATINE REDDITVM, ET MVLTIS LOCIS CORRECTVM & ampliatum à Ioanne Lupardo Romano.

CVM PRIVILEGIO.

F. Henricus Van de Weyer ord. F.F. Minor.



ROMÆ, Ex Typographia Cameræ Apostolicæ. 1618.

SVPERIORVM PERMISSV:

Sumptibus Hieronymi Bona.

Ad Lectorem.



Irabilia hæc Vrbis Romæ (Lector humaniſſime) non fuere latine impreſſa ab Anno Domini 1550. *quare ab externis mirificè expetuntur. Vulgari idiomate Italico ſcatent infinitis, & grauiſſimis erroribus, quæ cauſæ præcipuè me mouerunt vt ea latine reddiderim correcta quantum fieri potuerit. Alias fortaſſe ſi Deo placuerit edemus ampliora etiam & correctoria. Interim fruere iſtis, & noſtri ad loca Sancta memento. Vale.*

SEPTEM PRÆCIPVÆ VRBIS ECCLESIÆ.

S. GIOVANNI LATTERANO.

Prima Eccleſia eſt S. Ioannis Lateranen.



RIMA Eccleſia quæ eſt Sedes Pontificis eſt S. Ioannis Lateranenſis in monte Cælio, vno ex ſeptem montibus. Hæc ædificata fuit à Magno Conſtantino in ſuo Palatio,& magnis reditibus, ornamentisq; tam aureis,quàm argenteis fuit ab eodem aucta & ornata. Minitantem ruinam Nicolaus iv. inſtaurauit. Martinus v. depingendam,& pauimentum ſternendum curauit, perfecit Eugenius iv. & hac noſtra tempeſtate Pius iv. laquear ſuperius inauratum addidit, & aream ante templum complanauit. Dedicata fuit & conſecrata in honorem Saluatoris, quocirca etiam Baſilica Saluatoris appellatur, & SS. Ioannis Baptiſtæ,& Euangeliſtæ à S. Sylueſtro Papa 9. Nouembris,in cuius conſecratione viſa fuit imago Saluatoris in fornice, ſiue tribuna, quæ eccleſia ex incuria opificum in toto laborantium, & hæ-

reticorum insidijs bis ardente non arsit. Est Statio hic in hac Sacrosancta ecclesia prima Dominica Quadragesimæ, feria 5. & Sabbatho maioris hebdomadæ, Sabbatho in Albis, & Vigilia Penthecostes. Die S. Ioannis ante portam Latinam, est plenaria remissio peccatorum, & liberatio vnius animæ è purgatorio. Et in die Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, & Decollationis eiusdem, est plenaria quoque peccatorum remissio, vt in die item S. Io. Euangelistæ: in quo die sunt præterea 28. millia annorum & totidē quarantenæ. Et à die S Bernardini quæ est 20. Maij vsque ad primū Augusti, quotidie est remissio peccatorum. In die Transfigurationis quoque plenaria. Et quotidie sunt 48. anni & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum.

In eadem hac ecclesia sunt hæ reliquiæ quæ ostenduntur in die Paschæ post prandium in Tabernaculo posito supra altare S. Mariæ Magdalenæ. ❡ Caput S. Zachariæ patris S. Io. Baptistæ, Caput S. Pancratij Martyris, ex quo tribus diebus continuis effluxit sanguis quando hæc ecclesia fuit ab hæreticis cōbusta. Reliquiæ S. Mariæ Magdalenæ, Calix ex quo S. Ioannis Euangelistæ iussu Domitiani Imperatoris hausit venenum absque vllo nocumento, Cathena qua ligatus idem fuit Epheso Romā adductus, Tunicella eiusdem quæ tribus mortuis imposita eos reuocauit ad vitam. Ex cinere & cilicio S. Io. Baptistæ. De Capillis, & vestimento Beatiss. Virg. Mariæ. Indusium quod ipsa fecit D. N. Iesu Christo. Pannus quo Dominus tersit pedes Discipulorū. Arundo qua percussum fuit Caput Domini Nostri, & vestis purpurea qua eum induit Pilatus eius pretioso sanguine tincta. De ligno Crucis. Sudarium quo coopertum fuit Caput eius in sepulchro. De aqua & sanguine quæ ex eius latere fluxerunt.

Supra altare maius cratibus illis ferreis inclusa sunt Capita SS. Apostolorum Petri & Pauli, & quotiescunque ostenduntur, conceduntur Romæ habitantibus præsentibus tria annorum millia Indulgentiarum: circumuicinis sex, & duodecim millia peregrinis peregre & longe aduentantibus, & totidem quarantenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum.

In altari maiori in quo nemo præter Romanum Pontificē celebrat, est altare illud ligneum in modum arcæ quo vtebantur primi illi Pontifices portatili ob persecutionem.

Subtus hoc altare est Oratoriū S. Ioannis Euangelistæ vbi orauit quando fuit Romā vinctus adductus. Et quatuor illæ colūnæ æneæ inauratæ ante altare Sanctissimi Sacramenti dicuntur esse

plenæ

plenæ terra Sancta allata Hierosolymis, & fusæ fuerant ab Augusto Cæsare ex rostris triremium quas cepit in nauali prælio Aegypti posueratq; in Comitio quamuis alij affirment esse hæc rostra adducta Antio nunc Neptuno in mari.

In sacello prope ianuam maiorẽ ecclesiæ est altare quo vtebatur S. Io. Baptista in deserto, est Arca fœderis, Virga Moysis, & Aaron, Mensa in qua vltimam Cœnam percepit Dominus Noster cum suis Discipulis, quæ Romam allata fuere Hierosolymis à Tito Imperatore Columna illa bipartita dissiluit Hierosolymis in partes, quando in morte Saluatoris petræ scissæ sunt.

Extra ecclesiam ad Scalam sanctam sunt tres portæ marmoreæ quæ fuerunt Hierosolymis in Palatio Pilati, & per eas dicitur ductus ad Pilatum Christus Dominus. Et fenestella marmorea quæ est supra ianuam sacelli apud Scalam sanctam fuit in domo B. Virginis Nazareth, diciturq; per eam ingressus Angelus ad ei annunciandam Incarnationem filij Dei.

Et Scala illa 28. graduũ prope dictum sacellũ dicta Sancta, fuit Palatij eiusdem Pilati, diciturq; verè Dominus Noster in ea cecidisse, & aspersisse eam suo sanguine vbi locus craticula ferrea concluditur. Quicunque hanc deuote flexis genibus ascenderit per singulos gradus consequitur tres annos & totidem quadragenas Indulgentiarum, & remissionis tertiæ partis peccatorum.

Sacellum ad caput scalæ dictum Sanctum Sanctorum quo mulieres non ingrediuntur, consecratum fuit à Nicolao iij. & dedicatum S. Laurentio martyri, vbi præter ingentem numerũ Reliquiarum, est imago Saluatoris 12. annorum, argentea, & gemmis ornata, creditur à S. Luca inchoata, & absoluta ab Angelo, saltem non humanis manibus.

Iuxta ecclesiam Hospitale versus extat adhuc locus forma rotunda plumbo tectus, & columnis porphyreticis circũdatus vbi baptizatus fuit à S. Syluestro Constantinus Magnus, qui erat hoc modo ornatus. Fontis lapis erat porphyreticus, vas quod continebat aquam, argenteum. In medio erat columna quoque porphyretica, quæ sustinebat lampadem auream 50. librarum, & nocte Natiuitatis Domini ardebat balsamo loco olei. In fontis vertice erat agnus aureus 30. libr. emittens aquam, ad cuius dexteram erat imago Saluatoris argentea 170. libr. 5. pedibus alta; ad sinistram erat altera S. Io. Baptista 100. libr. & totidem pedibus manu tenens hanc inscriptionem, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Erant præterea septem ceruæ argenteæ aquam

effundentes libr. 80. singulæ. Erat item vas aureum 10. libr. ad reddendum odorem seu suffitum aromatum gemmis 42. pretiosis ornatum. Huiusmodi donis & aureis & argenteis erat plena ecclesia Lateranensis, quibus à Constantino Magno, & alijs Imperatoribus, & Pontificibus erat donata, vt propterea ob ingentem vim auri diceretur etiam Aurea.

Aliqua ex præcipuis donis Constantini fuere hęc, fastigium ecclesiæ fuit lib. 20025. cum Saluatore in fronte sedente 5. ped. alto lib. 120. & retro alium Saluatorem item sedentem in throno respicientem tribunam; seu fornicem templi ex argenteo 5. ped. altum lib. 140. quatuor item Angelos argenteos 5. ped altos; lapidibus pretiosis alabandinis distinctos 105. lib. singulos Tabernaculum seu Ciborium aureum 500. libr. septem altaria argentea 200. lib. quatuor lampades seu coronas 20. delphinis ad reddendum lumen 15. libr. singulis lucernam auream Pharum dictũ 50. luminibus, & cathenula 25. libr. Alteram item lampadem auream Pharum cantharum dictum ante altare 80 luminibus 30. lib. ardebat oleo spicato. Aliam argenteam 40. lib. quæ 20. luminibus ardebat ex eodem oleo 45. item argenteas eodem quoque oleo ardentes in medio ecclesiæ 30. lib. singulas 40. item ad dexterã, & 20. lib. sing. præter alia quamplurima vasa aurea & argentea quædam 30. libr. Calices, & Thuribula, Fastigiũ hoc argenteum quod à Gothis fuit ablatum, refecit Placidius Valentinianus Augustus 1540. libr.

Carolus Magnus obtulit inter alia Crucem auream plurimis zapphiris ornatam quæ in Litanijs præferebatur Pontifici. Hormisda Pontifex obtulit coronam argenteam 20 libr. & sex vasa. Alij quamplurimi Pontifices quamplurima quoque obtulerit dona aurea, & argentea, & holoserica, & Palatium Pontificium ecclesiæ adiacens instaurarunt & auxerunt.

Tandem Sixtus V. Pontifex nouum extruxit Palatium deiecta Aula Lateranensi in qua plurima habita fuere Concilia & ambulatione longa quæ excurrebat ad Sancta Sanctorum. Transtulit quoque Scalam sanctam in eum quem nunc videmus locum, & obeliscum. Erexit Clemens viij. nauem superiorem seu brachia Crucis ecclesiæ à porta obelisci ad SS. Sacramentum quod eo transtulit, strauit egregio pauimento, texit laqueari inaurato, parietes exornauit eximia pictura. Resurrectio Domini supra altare SS. Sacramenti (quod altare splendidissime vt videtis erexit, & ornauit tabernaculo ex lapide mixto, cœna argentea frontispi-

cio æneo inaurato, & columnis ex inferiori parte ecclesiæ huic translatis & inauratis additisq; egregijs statuis) est pictura Equitis Iosephi Arpinatis. Prope organum conspiciendum, vbi Constantinus baptizatur à S. Siluestro depinxit Christophorus Pomarancius.

Idem Clemens Pontifex instaurauit, seu potius exornauit duo sacella hinc inde ab Hilario Papa in Baptisterio vulgo Constantini constructa, vnum in honorem S. Ioannis Baptistæ, alterum Euangelistæ. In illo Baptistæ quod erat cubiculum Constantini Imperatoris, nec eo ingrediuntur mulieres. tabulam vbi S. Baptista Christum baptizat, laudatam pinxit Andreas Commo Florentinus. Historias in fornice Antonius Tempesta item Florentinus. Construxerat quoque idem Papa Hilarius tertium sacellum in honorem S. Crucis vbi reposuit partem ex ligno sanctæ Crucis. Columnæ ibi ligno cancellatæ dicuntur fuisse in æde B. Virginis.

Hic à latere Baptisterij in porticu columnis egregijs porphyreticis extructa, in altaribus hinc inde sunt corpora Sanctorum hinc SS. Cypriani & Iustinæ, inde SS. Ruffinæ & Secundæ. Huic etiam adiacet parua ecclesia S. Venantij in cuius altari sunt plurima Sanctorum corpora, estq; hic imago B. Virginis miraculis illustris.

Hospitale huic ecclesia proximum cõstructum fuit ab Illustrissima familia Columnẽsium, & ab alijs Romanis Principibus, viris tam Ecclesiasticis quàm secularibus auctum, cuius etiam curam ipsimet Romani obtinent.

Paulo V. Pontifice à Canonicis huius ecclesiæ ad publicã commoditatem perfectus fuit fons ex aqua Felici ita dicta à Sixti nomine ante Pontificatum, eo duci cœpta à Clemente viij. cum imposita ænea statua S. Ioannis Euangelistæ qui aquam viuam è Christo pectore potauit, qui fons refert etiam aquilam S. Ioannis, & Pauli Pontificis qui eandem præfert in suis insignibus. Sub porticu quam construxit Sixtus v. ad benedictiones ad manum dextera ab egressu ecclesiæ cernitur statua egregia manu artificis, Henrici iv. Regis Franciæ quam ei vt Benefactori Canonici erexerunt.

Huius ecclesiæ Archipresbyter nunc est Illustrissimus Cardinalis Burghesius Pauli V. qui nunc sedet ex sorore nepos.




IN HONOREM PRINCIPIS AP. PAVLVS.V.BVRGHESIVS.ROMAN PONT.MAX.A.MDXII.P.VII

Ecclesia S. Petri in Vaticano.

ECclesia S. Petri in Vaticano ædificata item fuit, & aucta magnis donis, & reditibus à Constantino Magno pijssimo Imperatore in templo Apollinis, & consecrata fuit à S. item Syluestro 18. Nouembris. Est Statio in ea Dominica 3. Aduentus. In die Epiphaniæ, Dominica in Quinquagesima, Die lunæ, & sabbatho post primam Dominicam Quadragesimæ, Dominica in Passione, Feria ij. Paschæ, In Litanijs maioribus, In diebus Ascensionis, & Penthecostis, & singulis Sabbathis quatuor temporum.

In die Corporis Christi, & vtriusque Cathedræ S. Petri est in ea Indulgentia plenaria, vt etiam in Dominica Quinquagesimæ, & præterea 18000. annorum & totidem quadragenarum. In die quoque S. Gregorij Magni. In die S. Gregorij Nazianzeni est Indulgentia plenaria in sacello dicto Gregoriano. At vero in die Annunciationis sunt anni 100. Indulg. & ab eo die vsque ad primam Augusti sunt quotidie 412. alij volunt 12000. annorum, & totidem quadragenarũ, & remissio tertiæ partis peccatotum. In Vigilia, & die SS. Apostolorum Petri & Pauli, & 2. Dominica Iulij, & in die SS. Apost. Simonis & Iudæ. Dedicationis ecclesiæ, S. Martini, & S. Andreæ est plenaria omnium peccatorum remissio, & quotidie sunt 6028. annorum Indulg. & totidem quarantenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum, & in festo S. Petri duplicantur Indulgentia vt etiam olim in festis septem altarium & duplicibus. Et qui deuote ascenderit gradus ad ecclesiam ad singulos lucratur 7. annos Indulgentiarũ. hi gradus anno 1616. reficiũtur & instaurantur. In diebus Veneris Martij sunt amplissimæ quoque Indulgentiæ estq; magnus concursus populi. Nicolaus IV. vt ex eius Bulla constat antiquas huius Basilicæ Indulgentias & confirmauit, & nouas largitus est quas etiam post eum confirmarunt Bonifacius viij. Clemens vj. Vrbanus vj. Nicolaus v. & alij plurimi consequentes Pontifices, quæ erant 7. annorum, & septem quadragenarum, in diebus Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, & per octauam Cathedræ S. Petri, Annunciationis B. Mariæ Virginis, Ascensionis Domini, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & per octauam; Dedicationis Basilicæ, & per octauam; in festis S. Pauli, & quolibet die ab Ascensione Domini vsque ad octauas festi Penthecostes, & in Dominicis Gaudere, Quinquagesimæ, Passionis, & Anniuersarijs consecrationis altaris maioris, Item in

diebus

diebus Cœnæ Domini, Parasceues, ac Litaniarum maiorum, & die lunæ post Pascha. Et trium annorum & trium quadragenarum ab octauis Penthecostes ad festum S. Petri, & ab octauis S. Petri vsque ad Calendas Augusti. Vnius anni & 40. dierum conceduntur visitantibus ipsam ab initio Quadragesimæ vsque ad festum Paschæ quolibet die, necnon in festiuitatibus Natiuitatis, Purificationis, & Assumptionis B. Mariæ Virginis. Dedicationis, & Apparitionis S. Michaelis Archangeli, SS. Andreæ, Thomæ, Io. Euangelistæ, Conuersionis S. Pauli, Matthiæ, Iacobi, Bartholomæi, Matthæi, Lucæ, Simonis & Iudæ, Nicolai, Luciæ, Stephani, Syluestri, Octauæ Natiuitatis Domini, S. Gregorij, S Longini, Inuentionis, & Exaltationis S. Crucis, S. Petronillæ, SS. Ioannis, & Pauli, S. Leonis, SS. Processi, & Martiniani, S. Alexij, S. Mariæ Magdalenæ, S. Laurentij, S. Aegidij, Omnium Sanctorum, Dedicationis Basilicæ Saluatoris, Consecrationis S. Mariæ de Cancellis quæ occurrit 8. Idus Octobris, & in omnibus diebus quatuor temporum. Singulis diebus totius anni hanc eandem ecclesiam visitantibus toties quoties conceduntur quadraginta dies, & huius meminit S. Thomas Aquinas his verbis. Quicunque, inquit, vadit ad ecclesiam talem vsque ad tale tempus, habeat tantum de Indulgentia, intelligitur semel tantum, sed si in aliqua ecclesia sic Indulgentia perennis sicut in ecclesia B. Petri 40. dierum tunc quoties vadit aliquis toties Indulgentiam consequitur. Itaque toties quoties ingreditur quis ecclesiam S. Petri lucratur 40. dies. Hic idem S. Thomas concionatus aliquando in ecclesia S. Petri post concionem liberauit mulierem quamdam vt Dominus Noster à profluuio sanguinis.

Ex his Indulgentijs antiquis possumus agnoscere quampaucas, & quam raro Plenarias concedebant tunc Pontifices. Neque tamen sunt paucæ istæ si quis recta earum pretium attendat. Nam sane multum est vnica visitatione toties quoties lucrari 40. dies quibus alioquin deberem pœnitere pœnitentijs iniunctis, vel iniungendis integra Quadragesima in sacello Sixti iv. vbi erat chorus olim in ecclesia veteri erãt Indulgentiæ plenariæ in die Conceptionis B. Virg. & alijs diebus concessæ ab eodem Pontifice.

In hac ecclesia præter corpus S. Petri sub altari maiori, & decem Sanctorum succedentium ei Pontificum & Martyrum nimirum Lini, Cleti, Anacleti, Euaristi, Syxti, Thelesphori, Higinij, Pij, Eleutherij, Victoris, sunt etiam corpora SS. simonis & Iudæ Apost. SS. Processi, & Martiniani, Gorgonij, Gabini martyrum,

S. Gre-

S. Gregorij Nazianzeni, S. Ioannis Chrisostomi, SS. Pontificum Leonis j. ij. iij. & iv. S. Gregorij Papæ, & Eccles. Doct. S. Bonifacij iv. S. Leonis ix. S. Petronillæ virg. Est Caput S. Andreæ Apostoli quod fuit donatum Pio ij. Pontifici à Principe Moreæ. Pontifex exiuit huic S. Capiti obuiam extra Portã Flamineam, Pontem Miluium versus ad sacellum S. Andreæ. Item sunt in hac ecclesia Capita SS. Lucæ Euãgelistæ, Sebastiani mart. Iacobi Intercisi maior pars, nam altera quæ deest hic dicitur esse in Lusitania, & ita compertum fuit, S. Magni Episcopi & mart. Sunt præterea brachia S. Andreæ Apostoli, S. Iosephi ab Arimathia, S. Longini mart. S. Gulielmi. Est guttur S. Blasij episc. & mart. Est Cathedra ipsa S. Petri Apost. Forcipes ferreæ quibus SS. Martyres cruciabantur, visu & veneratione dignissimæ. Est pãnus seu culcitra quę imponebatur Martyribus & tegebat eorũ corpora quando hic dabãtur sepulturæ. Exponitur die Ascensionis Domini, & pendet exposita ad diem 1. Augusti, visitaturq; quotidie à quamplurimis ad eius lucrandas Indulgentias. Sunt præter has insignes duæ reliquiæ, quæ maxima frequentia & populi pietate ostenduntur. Sudarium S. Veronicæ quod Vultus sanctus nominatur, & lancea qua apertum fuit Christi latus in Cruce, transmissa à Turcarum Imperatore Innocentio viij. Sudarium ostenditur populo Dominica proxima S. Antonij Abbatis mense Ianuario, & fer. v. vj. & Sabbatho hebdomadæ sanctæ, & in die Paschatis, in die Ascensionis, his duobus diebus post Missam solennem Pontificis ostenditur ipsi Pontifici, præsenti Lancea ostenditur fer. vj. maioris hebdomadæ, pluries vt feria v. cum Vultu sancto. Caput S. Andreæ ostẽditur quoque magna populi deuotione & frequentia, Dominica 3. Iunij, & in festo eius. Reliquiæ omnes vniuersa Vrbe concurrente ostenduntur feria ij. post Pascha. Quando ostenduntur Vultus sanctus, & Lancea habitantibus Romæ præsentibus conceditur Indulgentia trium millium annorum, circumuicinis sex millium. De longe venientibus 12. millium & totidem quadragenæ, & tertia pars remissionis peccatorum.

Est præterea Tabella vetustissima in qua sunt depictæ imagines antiquissimæ SS. Apostolorum Petri & Pauli ostensæ à S. Syluestro Constantino Imperatori quas ipse cognouit esse eorũdemmet qui sibi superiori nocte apparuerant, vt in vita S. Syluestri legitur, quæ tabella asseruatur in Sacrario cũ alijs reliquijs. Præter Vultum sanctum, & Lanceam quæ seruantur in loculamento ad

dex-

dextram celebrantis Pontificis in ara maxima, vnde etiam ostenduntur, & Caput S. Andreæ ad sinistram vnde etiam ostenduntur. Reliquiæ reliquæ 2. Paschatis die.

Columnæ illæ in capite ecclesiæ quæ circundant altare portatile in quo præterquam in die SS. Apostolorum Petri & Pauli celebrat Pontifex, & sustinent tegumentum, allatæ fuere Romam ex templo Salomonis, cum illa quæ est prope altare maius ferreis cancellis circundata, cui adhæsisse dicitur Christus Dominus, & incubuisse prædicans in eodem Salomonis templo, quocirca hic sæpius includuntur à dæmonibus obsessi, & liberantur. Dixi in quo celebrat Pontifex nam ter in anno Pontifex publice & solenniter celebrat in diebus nimirum Natalis Domini, Paschatis, & SS. Apostolorum Petri, & Pauli, semper solitus erat celebrare in Ara maxima, sed quoniam nimia erat distantia à Sede Pontificis, quæ iuxta ritum antiquum solet poni in capite ecclesiæ seu fornice, Cardinalibus circum hinc inde sedentibus, Paulus V. excitauit altare subtarium in ipso loco superiori vbi celebrat in Natali, & in Paschatis, & in altari maiori tantum in die SS. Apostolorum Petri & Pauli.

Templum hoc nouum ac magnificum cœpit extruere deiecta media parte veteris Iulius ij. Architecto Bramante, sed huius delineatione & descriptione templi quadam in parte non probata, adhibita fuit commodior in quibusdam saltem partibus Michaelis Angeli Bonarotæ, & eam postea sunt prosequuti. Hic Michael delineauerat templum omnino rotundũ, cruce omnino quadrata, tam longa quam lata, sed quare postea vnam partem protraxerint dicam paulò inferius. Opus egregium inchoatum à Iulio prosequuti sunt consequentes Pontifices.

Gregorius xiij. sacellum illud suspiciendum quod Gregorianum ab eius nomine dicitur perfecit, & reditibus annuis auxit ad sacrificia ibi perpetuo peragẽda. Absoluit autem anno 1580. solenni processione omnium ordinũ illuc è Campo Martio translato corpore S. Gregorij Nazianzeni, illudq; in altari ibi B. Virg. & huic Sancto sacro honorificè collocauit.

Tholum vulgo Cupulam templi maxima sua cum laude, quod diutius inchoatum manserat, quodq; nullus Pontificum tentauerat perfecit Sixtus V. collocato item obelisco ante templum eo translato ex loco prope sacristiam, vbi eam Nero in suo Circo posuerat, quod etiam nemo ausus fuerat tentare.

Clemens viij. pauimentum quod videtis egregium sternendum

cura-

curauit, incrustatis etiam templi fornicibus, & auro obductis, parietibus lapide vario & mixto conuestitis, sequutus eundem formã quam Gregorius xiij. tenuerat in suo sacello. quocirca etiam pauimentum paulo altius eleuauit vt Gregorius pauimento eleuato adæquaret. quod tamen dicitur aliquando demittendum, quod ita requirat architecturæ elegantia, ne bases columnarum sint adeo depressæ ac sepulturæ. Idem Clemens altare maius eleuauit ad altitudinem pauimenti, & denuo consecrauit præsentibus Cardinalibus, Episcopis, & Clero Romam.

Hoc est altare illud quod primum è lapide erexit S. Syluester in consecratione huius ecclesiæ cum olim ante hoc tempus ligneo vterentur portatili ob persecutionem.

Paulus V. denique reliquam partem veteris templi primo Pontificatus sui anno deiici iussit, nouamq; à fundamentis extrui, ac mirifice perficit cum porticu opera Caroli Maderni Architecti. Decreuerant prius vt finiretur ad præscriptum Michaelis Angeli iam collocatis fundamentis in formam rotundam Crucis quadratæ omnino ab omni parte, sed quoniam non erat locus commodus Sacrario, nec Choro, & præcipue, vt aiunt, ne locus sepulturis Sanctorum sacer maneret extra templum subdio, sed includeretur intra eius ambitum, vnam partem lateris Crucis protraxerunt, vt etiam modum aliqua ratione retineret veteris templi, quod fuit in formam Crucis constructam, hasta vt dicatur oblonga. Imitabatur enim forma veteris templi formam crucis Christi, & ille erat mos veterum olim templorum.

Veteres Pontifices templũ vetus instaurarunt tantum, alius faciem & fastigium, vt Symmachus alius trabes vetustate consumptas vt S. Gregorius Primus, alter parietes, alter pauimentum, prout quæque pars templi reparatione indigebat. Honorius Primus cooperuerat tectum templi laminis æneis sublatis è templo Iouis Capitolini. Habebat vetus templum quinque naues, tres præcipuas quæ longo columnarum ordine, centum erant, distinguebantur, quinque habebat ianuas; media olim erat argentea, sed argento ab hostibus sublato, refecit eandem ex ære egregiam Eugenius iv. incisa ibi historia Armenorum quando suo tempore fuerunt cum Ecclesia Romana reconciliati, & aliorũ. Ante fores tẽpli erat atrium quod Paradisus vocabatur. hoc porticu eiusdem quadrata cingebatur. In hac porticu extra fores ob veneratione templi, etiam Sanctissimi Pontifices sepeliebantur. Iacuit enim ibi longo tempore corpus S. Leonis j. corpus item S. Gregorij

Papæ j. iuxta Secretarium. In atrio in ſepulchro porphyretico eximio, & viſendo (quod nunc ſeruatur ſub eccleſia, ſed fractum, quando fuit loco motum) eſt corpus Imperatoris Othonis ij. qui Beneuento Romam tranſtulit corpus S. Bartholomæi. Erant hic quoque ſepulti Honorius & Placidius, Valẽtinianus Auguſti, quod indignos ſe iudicabant vt intra ſacroſancta Baſilicę ſepta ſepelirẽtur. In medio atrij erat Pinus ænea quæ aquã fundebat ad reſtinguendã, vt aiunt, ſitim peregrinorũ: eſt alta quinque vlnas & duas quintas; tranſlata fuerat huc ex ſepulchro ſeu Mauſoleo Hadriani vbi nunc Caſtrum S. Angeli. Præſens Pontifex tranſtulit in ſuum hortum, Pauones item erant æneæ tranſlatæ è ſepulchro Scipionis quod dicitur fuiſſe inter S. Petri, & Arcem S. Angeli. Hoc quoque templum, vt S. Ioannis Lateranenſis fuit à Conſtantino eodem Magno, magnis in varijs orbis partibus reditibus auctus, & pretioſiſſimis donis. In primis poſuit ſuper corpus S. Petri Crucem auream 150. lib. Ante corpus eiuſdem Lychnum penſilem, ſeu lampadẽ forma rotunda ad modum Coronæ dictam Pharum Cantharum 50. Delphinis è quibus ardebat 35. lib. Ipſum altare maius ornauit præter aurum & argentum lib. 350. decem lapidibus pretioſis ſapphiris videlicet, ſmaragdis, & adamantibus præter plurimas alias lampades ſuis quoque delphinis, aliaq; vaſa argentea vt in S. Ioanne vidimus pretioſis quoque lapidibus ornata. Quatuor præterea candelabra ænea argento, & figuris argenteis interiecta quę exprimebant Acta Apoſtolorum 10. ped. alta 30. lib. ſingula. Tres quoque Calices aureos 12. lib. ſingulos cum 50. ſmaragdis, & 20. argenteos lib. 10. ſingulos, patenam auream 30. lib. cum turri & columba circumcincta ſmaragdis, zapphiris, & 215. vnionibus. Quinque patenas argenteas 15. lib. ſingulas, Thuribulum aureum 35. lib. columba hyacinthina. Præter hunc pijſſimum Imperatorem varias quoque Pontifices, & Imperatores hanc eandem eccleſiam varijs donis donarunt. Hormiſda Pontifex donauit eam 10. vaſis, & tribus lampadibus argenteis. Iuſtinus Imperator Senior donauit huic templo calicem aureum quinque librarum gemmis ornatum, & patenam 20 lib. Iuſtinianus Imperator vas lib. 6. gemmis circundatum: duo vaſa argentea lib. 11. ſingula, & duos calices argenteos lib. 35 ſingulos. Beliſarius ex ſpolijs Vitigetis Crucem auream obtulit 100. lib. diſtinctam lapillis pretioſis, & duo candelabra ingentis pretij. Michael filius Theophili Imperatoris Conſtantinopolitani Calicem aureum cum patena gemmis ornata magni pretij.

Non est contemnendum donum quod dedit Gregorius xiij. nimirum crucem argenteam ingentem, & 6. candelabra item argentea cum duodecim Apostolis argenteis. Sed egregiũ est donum Alexandri Cardinalis Farnesij huius Basilicæ ante præsentem, qui est nunc Euangelista Pallotta Card. Cusentinus, Archipresbyteri, nimirũ Crux argentea inaurata cum 6. candelabris mirifico opere elaborata cum suis ieuneulis & figuris. Diximus supra quid factum sub præteritis Pontificibus nunc videndum quid sub hoc præsente Paulo V. sit peractum, qui vt vidimus deiecta reliqua quæ restabat parte veteris Templi, parte Palatij item ab Innocentio viij. constructi & habitationibus pro Datario, & Secretarijs constructis à Paulo ij. reliquum Templi cum porticu perfecit. Mirum sanè fuit qua facilitate ingeniorum artificum pars illa quæ restabat veteris Templi fuit dissoluta: primum enim ablatis æneis tegulis, de quibus supra, fuit apertum tectum, tum ingentes trabes quæ tectum tegulasq; sustinebant depositæ, postea parietes iam rimis fatiscentes, sed tamen bene adhuc compacti, maximo labore perfracti fuere ac deiecti; hi ad modum arcuum columnis sustinebantur opere corinthio: columnæ deinde facili artificio fuere quoque depositæ. Vnius in qua erat depicta deuotissima imago B. Virginis pars lapidis fuit secta, & perpolita, fuit reposita in vno ex septem altaribus quod dicitur B. Virginis columnæ. Ornauit hac postea Cardinalis Blanchettus lapidibus varijs & preciosis ob memoriam puto etiam fratris qui Canonicus S. Petri, & Gregorij xiij. magister cubiculi hanc eandem imaginem ornauerat olim, & auxerat in veteri ecclesia. Est imago hæc per quã B. Virgo aliquibus miram contulit gratiam, vt mihi quidam retulit qui fuit beneficium ab ea consecutus & gratiam.

Ablatis deinde columnarum basibus fuit effossum pauimentum, hic varia reperta fuere sepulchra Pontificum, aliorumq; virorum Principum; quoniam olim nonnisi viri, aut feminæ primariæ, ac Principes, & ex peculiari priuilegio in ecclesia S. Petri sepeliebantur. Sepulchra fuere quamplurima excauata è solido marmore. Alia fuere constructa ex lateribus coniunctis supra cooperta ad modum tectorum domuum forma triangulari, sed nullibi vllum extabat vestigium cuiusnam esset sepulchrum, nisi quædam peculiaria Sanctorum, quæ semotis altaribus aperiebantur.

Sub altari Sanctissimi Sacramenti fuere reperta duo corpora Sanctorum, & sub ijs alia duo, quod ista essent Sanctorum claro agnoscebatur, quod sepulchrum vndique marmore erat cinctũ, &

cooper-

coopertum alto lapide marmoreo,qui ferreis ſuſtentaculis fulciebatur. Sub altari quod dicebatur mortuorum prope ianuam mediam templi, ſciebatur eſſe, & repertum fuit corpus S. Leonis ix. Sub altari quod dicebatur S. Bonifacij martyris repertæ fuere reliquię huius eiuſdem martyris,& corpus præterea S. Bonifacij iv. in olla quod vidi, repoſitæ ſiquidem fuerant hic iſtæ reliquiæ, & altare cōſtructum à Bonifacio viij. cuius corpus quod altare adhæreret parieti tēpli hic in eodem pariete in ſuprema altaris parte fuit reconditum, & repertum totum integrum illæſis adhuc veſtibus, & obſtupeſcentibus omnibus qui illud inſpiciebant, imagines cernebantur acu pictæ in Alba, adhuc erant adeo recentes, vt viderentur recenter factæ. Inſpexi ibi inter alias imaginem B. Virginis fugientis cum puerulo Ieſu in Aegyptum. Trecenti fuerant elapſi anni à quibus hic Pontifex fuerat ſepultus ad orientem Solem: Manus erant integræ, non videbātur exeſæ ab eodemmet in carcere vt fabulantur plurimi: fuit egregius Pontifex egregie factus ad gubernandam eccleſiam. Poſt aliquot dies cum vidit aerem non fuit repertum adeo integrum vt prius. Amotis & diſſolutis altaribus corpora SS. vt Gregorij Magni, SS. Proceſſi, & Martiniani, Petronillæ, Leonis ix. & Bonifacij iv. fuerunt poſtea ſolenni pompa translata in nouam eccleſiam, & collocata in ſuis quæque altaribus, vt præterea corpora SS. Leonum j. ij. iij. & iiij. ex altari inferioris eccleſiæ veteris. Vnum iſtorū Leonum putatur fuiſſe Primi, fuit etiam obſtupeſcentibus qui viderunt: ipſo etiam Pontifici Paulo, qui ad id inſpiciendum deſcendit, repertum quodammodo integrum: dolui, quod non inſpexerim cum facile potuiſſem, Aliqui exiſtimant fuiſſe Leonis iv. cui altare ſeu oratorium fuerat dedicatum, propterea quod corpora Leonum j. ij. & iij. fuerant huc recenter à Gregorio xiij. translata. Hinc inde ab altari maiori ſub tholo ſunt duo loca prominētia vnde oſtendunt reliquiæ vbi eſt imago Veronicæ, ſeruatur Vultus ſanctus, & Lancea Longini, ab altera parte vbi eſt depictus S. Andreas ſeruatur caput S. Andreæ tranſmiſſum Romam ſub Pio ij. vt ſupra diximus Imagines quæ conſpiciuntur in tholo ſeu teſtudine ex opere muſaico ſunt Ioſephi Arpini pictoris hac noſtra tēpeſtate celebris præter quatuor Euangeliſtas qui ſunt aliorum. Tabulæ præterea depictæ in amplioribus altaribus ſunt opera præcipuorum pictorum. In ſacello Gregoriano S. Hieronymus in eius altari eſt Hieronymi Muciani, vt etiam S. Baſilius, & quatuor Doctores ex egregio Muſaico cū Annunciatione B. Virg.

E regione in ſacello s. Gregorij tabula vbi eſt depicta hiſtoria Ananiæ, & Sapphiræ, qui cum fraudaſſent Eccleſiam, & mentiti eſſent Spiritui ſancto, ſubitanea morte interempti procumbunt ad pedes s. Petri, ingenti terrore aſtantium, eſt Chriſtophori Pomarancij. Altera in eodem ſacello vbi exprimitur crucifixio s. Petri eſt Dominici Paſſignani. Altera in alio ſacello vbi Simon magus delabitur coram Nerone eſt Io. Senenſis. Altera vbi s. Petrus cum s. Ioanne aſcendens in templum reſtituit greſſum claudo, eſt Frãciſci Ciccolini Ciuis Florentini. In altero ſacello Crucifixi, è regione huius vbi s. Petrus ſuſcitat à mortuis Tabitam mulierem illam eleemoſynis inſignem eſt equitis Balioni. Altera vbi Chriſtus in littore ait s. Petro ambulanti ſuper mare cum cepiſſet mergi, Modicæ fidei quare dubitaſti, eſt Bernardi Caſtelli Genuenſis, qui ſuperioribus diebus eandem nonnullis in locis emendauit.

Hæc eccleſia s. Petri eſt vna è Patriarchalibus. Patriarchales autem ſunt s. Ioannes, s. Petrus, s. Paulus, s. Maria Maior, & s. Laurentius extra muros. Habet ſuum Archipresbyterum Cardinalem, qui hodie eſt Euangeliſta Pallotta Cardinalis Coſentinus. Habet antiquiſſimos Pœnitentiarios Domini Papæ dictis Minores, & ſunt vndecim, faciuntq; cum Cardinali qui eſt Maior, eſtq; hodie Cardinalis Scipio Burgheſius numerum duodenarium: Duo ſunt pro lingua Italica, duo pro Gallica, pro Germanica item duo, vnus pro ſuperiori, alter pro inferiori Germania; duo pro Hiſpanica; vnus pro Anglicana, pro Illyrica vnus, qui erat olim ante Sixtum v. pro Hungarica, & poſtrema, vnus pro lingua Polonica, qui olim, cum eſſet Hungaricus audiebat Illyricos. Tenenturq; hi omnes etiam audire circumiacentes ſuæ regiones. Habet eadem hæc Baſilica Principis Apoſtolorum innumera præterea alia priuilegia quæ longum eſſet enumerare. Habet 7. altaria, tabellæ ea indicant. In altari medio trium brachij ad latus ſacelli Gregoriani ſunt corpora ss. Proceſſi, & Martiniani, hi fuerunt cuſtodes carceris Apoſtolorum Petri, & Pauli, ab ipſisq; Apoſtolis fuere baptizati. Inſpexi ſacra oſſa ſunt grandiuſcula. In altari Crucifixi eſt corpus s. Petronillæ. In illo à latere condetur corpus s. Ioannis Chryſoſtomi quod nunc iacet in ſacriſtia. In altari B. Virginis dictæ Columnæ, ſunt corpora quatuor ss. Leonum j. ij. iij. & iv. Pontificum. In altero brachio in medio trium è regione ss. Proceſſi, & Martiniani ſunt corpora ss. Simonis, & Iudæ. In altero ad latus Euangelij eſt cor-

pus s. Leonis ix. In altero vero altari ad latus Epiſtolæ eſt corpus s. Bonifacij iv. In altari s. Gregorij è regione Gregoriani ſacelli eſt corpus s. Gregorij j. è regione huius vbi nunc ſeruatur ss. Sacramentum eſt corpus s. Gregorij Nazianzeni. hoc fuit translatum huc à Gregorio xiij. è Campo Martio anno 1580. cætera fuere translata è veteri eccleſia in hanc nouam. Habet Reuerendiſſ. Capitulum, è quo Card. ſæpe creantur.

Tertia Eccleſia S. Pauli.



HÆc eccleſia eſt in via Oſtienſi extra Romam ad vnum fere miliariũ, ædificata fuit aucta reditibus & ornata vt eccleſia s. Petri à Conſtantino Magno in eodem loco vbi diuinitus repertum fuit eius Caput, & vbi eius corpus repoſuit s. Lucina in ſuo prædio, cuius s. Lucinæ cœmeterium multis ſanctorum Martyrum corporibus illuſtre cernitur in pauimento ſuperiori in brachio crucis eccleſiæ, varijs lapillis egregie conſtrato. Diſtincta eſt eccleſia hæc vt olim s. Petri quatuor, vt videre eſt, ordinibus columnarum, quibus altiſſimæ imminenti quas vocant architrabes; Varijs quoque ab Honorio iv. fuit ornata lapidibus marmoreis. s. Syluester eandem hanc eccleſiam eodem quo s. Petrum conſecrauit die. Conſtantinus Magnus eiſdem quoque donis ornauit quibus eccleſiam s. Petri, & auxit reditibus.

Est Statio in hac sancta ecclesia die Innocentum, Dominica Sexagesimæ, feria iv. post Dom. 4. Quadrag. & feria iij. post Pascha. In die Conuersionis s. Pauli est hic Indulgentia 100. annorum, & totidem quadragenarum dicitur eodem die Indulgentia quoque esse plenaria. Et quicunque visitauerit eam omnibus anni Dominicis, dicitur consecuturus eas Indulgentias quas lucraretur si visitaret sanctum Domini Sepulchrum, & s. Iacobum de Galitia. Aiunt quoque esse singulis diebus 6048. annos Indulgentiarum, & totidem quadragenas, & tertiam præterea partem remissionis peccatorum. Visitantes septem altaria easdem consequuntur Indulgentias quas qui visitat ecclesiam s. Petri.

Sunt hic corpora ss. Anastasij, & Timothei mart. ss. itẽ Celsi, Iuliani, Basilissæ, & aliquorum Innocentum, sed hæc Sixtus v. transtulit in suum sacellum ad s. Mariam Maiorẽ, sub altari maiori requiescit pars corporũ ss. Petri, & Pauli. Huic adhæret Oratorium Brigittæ quam hĩc preces fundentem allocuta est deuotissima Imago Crucifixi, qui est ad latus in altari proximo eiusdẽ Crucifixi; ostenditur hæc Imago singulis diebus Dominicis totius anni. Sunt hic præterea plurimæ Sanctorum reliquiæ. Est brachium s. Annæ matris Deiparæ Virginis, Cathena qua vinctus fuit s. Paulus, & eius pars baculi quo iter faciebat. Caput Samaritanæ Brachia ss. Iacobi maioris, & minoris Apost. s. Nicolai episcopi, s. Alexij confess., pars Capitũ s. Stephani protomart., & Ananiæ discipuli Domini qui s. Paulum baptizauit, Spatula s. Dionysij, & aliæ plurimæ quæ seruantur in tabernaculo æneo, alijsq; capsulis argenteis.

Ecclesiam hanc egregie ornare cœperunt sub Clementi viij. Monachi Congreg. Casineñ quorum curæ est ea commissa, qui hic & diuina officia celebrant, & pœnitentium quoque excipiũt confessiones; sub Paulo V. opus perfecerunt, videat si quis mirari velit pauimentum superius ex mixto & pretioso lapide cõstratum, videat tabernaculum, suspiciat laquear superius admirabili cælatura, & altaria sublatis veteribus, nouis picturis exornata. Assumptio B. Mariæ Virg. est Hieronymi Mutiani, è regione huius s. Benedicti est Io. de Vecchis ex Burgo s. Sepulchri. Ad latus huius Conuersionis s. Pauli est Horatij Gentileschi Florentini. E regione huius lapidationis s. Stephani vbi s. Paulus seruat vestimenta lapidantium est Lauiniæ Bononiensis mulieris in pictura celebris. Tabulam aræ maioris sub templi fornice sepulturæ s. Pauli est Francisci Ciccoli pictoris Florentini celebris.

Quarta Ecclesia S. Maria Maior.



HAec fuit prima ecclesia quæ Romæ fuit in honorem B. Virginis in ampliori forma dedicata, & ædificata fuit sumptibus Ioannis Patritij Romani eiusq; coniugis qui cum non haberent liberos B. Virginem instituerunt suorum bonorum hæredē, & cum serio cogitarent precarenturq; B. Virginem vt ipsis manifestaret quam potissimum in rem possent ad eius honorem sua bona impendere, per quietem eis apparuit, monuitq; vt in Monte Esquilino suo nomini Templum ædificarent, ea omnino longitudine, ac latitudine qua montem eundem in medijs æstiuis caloribus niue coopertam mane reperirent; quare eo accedūt vnà cum Liberio Pontifice qui idem ex B. Virgine per visum cognouerat, cum Clero, & populo supplicante, & locum Templo ex niuis indicio designarunt, ipso Pontifice eum designante, & primo ad opus manus admouēte. Quocirca (vt aiūt) hæc prima omniū fuit ecclesia Virgini consecrata s. Maria Maior nuncupatur. Dicitur etiam à Pontificis eiusdem nomine Basilica Liberij: & S. Maria ad Niues ob causam dictā: & ad Præsepe, quod eo Præsepe Domini fuerit translatum. Cui seruando Sixtus v. venustum ædifi-

cauit ſacellum quo Pij v. à quo fuit creatus Cardinalis, tranſtulit corpus, & ſuum è regione ſtatuit, vt poſt mortem collocaretur, vt fuit factum, ſimulq; Collegium Sacerdotum inſtituit cum ſuo Præpoſito relictis reditibus ad eos alendos, & fouendum lumen vt perpetuo ardeat ad ſanctiſsimum Sacramentum quod inibi in perpulchro tabernaculo adorandum propoſuit. E regione huius aliud ſacellum luculentiſsimum excitauit Paulus item V. quod non deſcribo, quod illud oculis quiſque ſuis melius perluſtrare poſsit, & admirari lapidum potiſsimum præſtantiam & pretium, quod quidem excitauit vt Sixtus v. ſanctiſsimo Sacramento & Domini præſepio; ſic ipſe B. Virginis imagini à s. Luca depictæ, deuotiſsimæ, & quæ miram præ ſe fert & exprimit Virginis Maieſtatem, cum ampliori deinceps quam antea cultu ac veneratione ſeruandæ. Quam imaginem, abſoluto ſacello curauit eo transferendam præeuntibus longo agmine, & circulum ſeu ambitum facientibus extra templum, Religioſis Ordinibus, & Clero Vrbis vniuerſo, tanto populi concurſu lætitia, ac frequentia, qua vix vnquam viſa fuerit maior; dies ipſa quæ clariſsima, fauente, vt videbatur Virgine, illuxit, mirum in modum profuit lætitiæ, & deuotioni populi: erat s. Chriſoſtomo ſacra dies, & Dominica anno 1613. allexit populũ ipſa imago à multis annis nunquã elata, quod non ſolet efferri niſi in aliquo maximo Vrbis periculo, ſeu peſte. & Indulgentia plenaria quam præſentibus, & octo cõſequentibus diebus conceſsit Pontifex qui præſens ſupplicationẽ inſpexit cum Cardinalibus. Quod Sixtus v. præſtitit Pio v. grati animi monumentum, hoc idem facturus eſt Paulus V. Cleméti viij. cui iam vt ſibi & monumentum & ſtatuam collocauit. Affectus fuit vterque Pontifex Sixtus, & Paulus V. erga hanc eccleſiam ille propterea Cardinalis & ſepulchrum ibi Nicolai iv. ex eodem cum ipſo Ordine S. Franciſci, pulchris lapidibus ornauit, & vineam cum Palatio ſua manu cultam huic ſacræ ædi proximã appoſuit, hic Paulus V. quod Vicarius olim Capituli fuerat, quare etiam egregium ſacrarium viſendum ſane, & ad vſum diuini officij, & ad incolendum Canonicis, & ipſi Pontificis ſi ita res poſtularet, ſeu Cardinali Archipresbytero accommodatum exædificauit, & transferri eo ante fores templi fecit Columnam marmoream tota Vrbe, vt aiunt maximam, quæ vnica ſupererat, è tẽplo Pacis, eiq; impoſuit B. Virginis ſimulachrũ æneũ inauratũ.

Eſt Statio in hac eccleſia Dom. 1. Aduent. Vig. Natalis Domini. In die Natalis eiuſdem, prima miſſa ad Præſepe, tertia miſ-

ſa, & tota die ad altare maius. Die s. Ioannis Euangeliſtæ Dom. 2. Quadrag. & in omnibus iv. ferijs quatuor temporum, & iv. feria maioris hebdomadæ. In die Paſchæ Reſurrectionis Domini,& feria ij. Rogationum. Indulgentiæ referuntur hic eſſe eiuſmodi in diebus Conceptionis, Natiuitatis, Præſentationis, Purificationis, Aſſumptionis B. Mariæ Virg. anni mille, & plenaria peccatorum remiſsio. Et à die Aſſumptionis vſque ad Natiuitatem eiuſdem præter quotidianas indulgentias ſunt 12000. annorum; & quotidie 6048. & totidem quadragenæ,& remiſsio tertiæ partis peccatorum, alias volunt quotidie eſſe 40. anni & totidem quadragenæ. Et qui celebrabit vel celebrari faciet in ſacello à Sixto v. præſepi Domini conſecrato liberabit animam è Purgatorio Indulgentias plurimas & quotidianas conceſsit huic eccleſiæ Nicolaus iv. quæ tamen non excedunt numerum annorum quatuordecim,& alias à prioribus Pontificibus conceſſas innouauit. Sunt in hac eccleſia corpora Sanctorum & Reliquiæ infraſcriptæ, ſub altari maiori eſt corpus s. Matthiæ Apoſtoli, s. Epaphræ, itē s. Pauli Apoſtoli cōdiſcipuli. Sunt præterea corpora ss. Romulæ, & Redemptæ,Simplicij,Beatricis,& Fauſti mart. Eſt itē corpus s. Hieronymi Eccleſiæ Doct. Eſt præſepe Domini,& Cunabulū, ac de pannis,& faſcia infantiæ D. N. Ieſu Chriſti, Planeta, ſtola, & manipulus, & dalmatica s. Thomæ Cantuarieñ eius ſanguine cōſperſa.De eiuſdē brachio,ſanguine,cerebro,cilicio,& cuculla;Capita itē s. Matthiæ,s. Bibianæ virg. & mart. s. itē Marcellini Papæ & mart. & cōplures aliæ Reliquiæ quæ oſtendūtur in die Paſchæ poſt Veſperas. Plurimi Sūmi Pontifices eccleſiā hanc varijs donis ornarūt. Sixtus iij. qui eā amplificauit,præter altare argenteū lib. 300. eandē plurimis vaſis, lampadibus,candelabris,ampullis, amphoris, calicibus, ac patenis argenteis ditauit. Hunc imitati ſunt Ioannes, & Gregorius iij. hic in oratorio Præſepis Domini ſimulachrum obtulit aureum 5. lib. B. Virginis filium ſuum amplectentis. Alexander vj. laquear ei egregium addidit. Cardinalis Cæſius, & Card. de s. Flore eccleſiæ huius Archipresbyteri eam ſacellis ampliſsimis quoque amplificarunt. Chorum etiam Canonici in meliorem formam redegerunt. Cardinalis Pinellus huius eccleſiæ Archipresbyter ſub Clem. viij. picturas ex opere Muſaico non contemnendas circum eccleſiam poliendas curauit, additus infra eas tabulis nouis depictis, quæ eccleſiam reddunt illuſtriorē,organis quoque inauratis Hic ſunt Pœnitentiarij Dominicani. Hic anno Iubilei aperitur Porta ſancta ab Archipresbytero Card. huius Baſilicæ.

Cardinalis Toletus è Soc. Iesu, erga hanc beatissimam Virginẽ mirifice affectus quam semper, vt potuit singulis Sabbathi diebus toto tempore quo Romæ vixit Pontificius,& Theologus,& Concionator pie inuisit, omnia sua huic Virgini legauit institutis aliquot sacellanis qui celebrent, & diuinis cum reliquo Clero intersint officijs. Hic, ad ingressum ecclesiæ est sepultus ad sinistram ingredientis per ianuam maiorem ecclesiæ. Ad dexteram vero ingredientis per ianuam eandem è regione sub deuotissimo Crucifixo in sepulchro porphyretico reconditum est corpus cum vxore vt putatur Ioannis Patritij huius ecclesiæ fundatorũ. ibi quoque ad latus conspicitur egregia tabula Lazari resurgentis à Hieronymo Mutiano picta. E regione huius Crucifixi videbis imaginem B. Virginis in sacello paruulo seu oratorio quæ dicitur B. Leonem j. sanctissimum Pontificem allocuta.

Nuper anno superiore Paulus V. huic etiam ecclesiæ septem concessit altaria cum Indulgentijs.

Quinta Ecclesia S. Laurentij extra muros.



HAec ecclesia est extra Vrbem ad vnum fere milliarium in via Tiburtina, construxit eam in Campo Verano super arenariũ cryptæ idem Constantinus Magnus, multisq; item donis ac reditibus

tibus auxit. Inter cætera donauit ei lucernam aureum lib. 20. Duo item candelabra aurea 10. pedum singula 300. lib. Alteram lucernam argenteam Coronam dictam 30. lib. præter triginta alias 8. lib. singulas præterq; laminas argenteas quibus sepulchrum s. Laurentij ornauit. Pontifices quoque Romani, vt alias ecclesias sic hanc plurimis quoque donis ornarunt. Xystus iij. qui sepulchrum & Confessionem construxit, columnis porphyreticis ibi excitauit altare argenteum 50. lib. cum cancellis quoque argenteis 300. lib. & s. Laurentij statuam argenteã 200. lib. Anastasius ij. huic addidit ornamentum argenteum 100. lib. Pelagius ij. testudinem excitauit super corpus s. Laurentij, quam, vt sepulchrum eiusdem laminis cooperuit argenteis. Alij repararunt vt Greg. ij. trabes tecti consumptas. Honorius iij. à fundamentis instaurauit. Oliuerius Card. Carafa laquear ei insigne addidit.

Est hic in hac ecclesia Statio Domin. Septuagesimæ, Domin. 3. Quadrages. fer. iv. post Pascha, & fer. v. post Penthec. & in die, vt solitum est, Natalis S. Laurentij in qua, vt etiam in die s. Stephani, & per octauam dicuntur esse anni 100. & totidem quadragenæ Indulgentiarum, & remissio 3. partis peccatorum, vt etiam in die Inuentionis s. Stephani. In quibus diebus horum videlicet Sanctorum est Indulgentia quoque plenaria quam dicitur concessisse Calixtus iij. singulis autem diebus sunt 48. anni & totidem quadragenæ. Et qui ab vno Crucifixo ad alterum per ianuam lateris ecclesiæ, vt ibi notatur, deuoto ac contrito corde transierit, Indulgentiam quoque plenariam consequetur. Et qui omnibus quartis ferijs totius anni hanc ecclesiam visitauerit fertur liberaturus animam è Purgatorio. Vt etiam ille qui celebrauit, vel celebrari fecerit in sacello inferiori ad introitum cryptæ illius celeberrimæ s. Cyriacæ. Sub altari maiori in sepulchro ferreis cancellis circumcincto sunt corpora ss. Martyrum celeberrimorũ Laurentij, & Stephani protomartyris, & prope ibidem corpus s. Iustini presb. & mart. In crypta Cyriacæ sanctissimæ fœminæ sunt innumera Sanctorum corpora, & inter cætera corpus s. Hyppoliti mart. à s. Laurentio baptizati, & Concordiæ suæ nutricis, & aliorum 19. ex eiusdẽ familia. Claudij item subdiaconi, Romani ostiarij, Crescentij lectoris sub Sixto ij. Pontificum quoque & confess. Zosimi, Sixti iij. & Hilari. ss. prætérea martyrum Hirenei, & Abundij, & Triphoniæ vxoris Decij Cæsaris. Sunt plurimæ quoque ss. Reliquiæ: Videtur in Choro

lapis

lapis ferrea crate cinctus adhuc vestigia ardoris, adipis, & sanguinis retinens in quo iacuit corpus s. Laurentij è craticula depositum. Est item saxum quo lapidatus fuit s. Stephanus. Vas quoque seu Vrceus æneus quo à s. Laurentio baptizatus fuit s. Hyppolitus, & s. Lucillus in carcere. Caput s. Hyppoliti eiusdem sine mento, & dentibus, caput s. Romani mart. & s. Iustini cum eius brachio. Vt etiam de brachio s. Ioannis martyris, s. Petronillæ, & s. Apolloniæ, & plurimæ aliæ Reliquiæ quarum catalogum ibi in tabula reperies.

Sixtus V. septem inuisens ecclesias, hic quoque, rogatus, concessit septem altaria cum suis priuilegijs, & Indulgentijs, anno 1586. 1. Aprilis.

Sexta Ecclesia S. Sebastiani.



HÆc quoque ecclesia est extra Vrbem in Via Appia, ad vnum milliare. Dicitur eam fabricasse s. Lucina. sunt hæc multæ Indulgentiæ. In die s. Sebastiani, & in omnibus Dominicis Maij aiunt esse plenariam. In Catacumbis ad quas descenditur per aliquot gradus vbi sub altari marmoreo iacuerunt diutius corpora ss. Petri, & Pauli, ferunt esse easdem Indulgentias quæ sunt in ecclesijs ss. Petri, & Pauli, & quotidie 6046. annorum, &

totidem quadragenarum, & tertiam præterea partem remissionis peccatorum. In istis Catacumbis soliti erant clam & latenter Christiani celebrare diuina officia ob persecutionem. Cernitur adhuc sedes Pontificia in qua sedere sanctissimi illi Pontifices & Martyres Calixtus, Vrbanus, Pontianus, Antherus, Fabianus, & Cornelius: & circum sedilia pro Clericis Romanæ Ecclesiæ. Loca etiam vnde populus diuina spectabat mysteria, sepulchra etiam martyrum. Locus mirum redolet sanctitatem. Hic sub ecclesia est Cœmeterium illud celeberrimum, dictum Calixti, sepulchris ss. Martyrum inclytum; sepulti enim fuere hic 174. millia martyrum, inter quos fuere 18. Pontifices: translati deinde ad varias Vrbis ecclesias à Pasquale j. qui inde etiam transtulit ad suam ipsius Virginis ecclesiam corpus s. Cæciliæ: extat adhuc locus cũ sua inscriptione vnde sanctissima virgo & martyr fuit trãslata.

Ingredientibus contritis tot Sanctorum meritis conceditur Indulgentta plenaria. Hic quoque latebant, & vt videre est ex sacellis frequentibus, diuina quoque celebrabãt primi illi Christiani tempore persecutionis. Ad eius ingressum vel egressum Cœmeterij ingredimur enim ab vna parte, & egredimur ab altera, extabat in loco inferiori altare s. Sebastiani sub quo iacet eius corpus ibi reconditum à s. Lucina sanctissima illa Romana fœmina quæ plurima Sanctorum corpora sepeliuit, & inter alia illud sanctissimum s. Pauli in suo prædio via Ostiensi. Hoc altare nunc eleuatum est adæquata & egregie complanata ecclesia,& in longe meliorem formam redacta ab Illustrissimo Card. Burghesio Maiori Pœnitentiario cui fuit ecclesia commendata, tanquã perpetuo eius Commendatario, erecta tamen sub hoc altari alia altaris forma quæ huic respondet in loco inferiori quo itur ad Cœmeterium vbi martyris corpus iacet, & ibidem ad latus sub crate ferrea est corpus s. Lucinæ. Hic in hac ecclesia quinque erant olim altaria, vt in alijs septem; priuilegijs & Indulgentijs dotata à Pio v. nunc instaurata ecclesia idem numerus remanet quinque altarium confirmatus. Celebrans in altari s. Sebastiani liberat animam è Purgatorio: nam fertur hic celebrare pro anima defuncti eamq; liberasse s. Gregorius, vt etiam in tabula picta ibidem olim appensa expressum cernebatur,depictus enim erat ibi s. Gregorius celebrans, & animam è Purgatorio liberans. Seruatur hic lapis vbi Christi cernuntur impressa vestigia tum cum occurrit s. Petro Roma discedenti in loco qui hodie dicitur, Domine quo vadis: seruatur hic lapis in altari Reliquiarum, vbi plurimæ

alia

aliæ ſeruantur Reliquiæ: Inter alias ſpina Domini: digitus, dens, & pars coſtæ s. Petri Apoſtoli. Dens item s. Pauli. Pars brachij s. Andreæ Apoſtoli. Caput, & brachium s. Fabiani Papæ & m̄. Capita ss. Pontificum & martt. Calixti, & Stephani. Capita quoque ss. Nerei, Achillei, Aeoriſti, & s. Valentinæ, & Lucinæ mart. Brachium s. Sebaſtiani; Columna ad quam fuit ſagittis confixus; ferrum item ſagittæ. Ad altare s. Sebaſtiani erat olim adſcriptum: In iſto loco promiſſio vera eſt, & peccatorum remiſſio, ſplendor, lux perpetua, & ſine fine lætitia quam promeruit ſanctus Chriſti martyr Sebaſtianus. Eſt eccleſia deuotiſſima.

Septima Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem.



HAnc quoque eccleſiam conſtruxit Magnus Conſtantinus, adhortante ad opus s. Helena eius matre, eamq; B. Syluester 20. Martij conſecrauit. Minantem ruinam reſtituit Gregor. iij. ſed anno 1492. eum denuo inſtaurauit Petrus Conſaluus Card. Mendoza, & hac occaſione repertus fuit in ſummo capitis, ſeu fornicis, vulgo Tribunæ Titulus s. Crucis quem s. Helena vnà cum ingenti Crucis parte Romam Hieroſolymis tranſtulerat.

Eſt hic Statio 2. Dominica Aduentus, Dom. 4. Quadrageſimæ, feria vj. maioris hebdomadæ quo etiā die oſtenduntur Reliquiæ.

In die Inuentionis, & Exaltationis ſanctæ Crucis eſt plenaria Indulgentia vt in die Conſecrationis eccleſiæ. Et in ſacello inferiori quod dicitur Hieruſalem in quod non ingrediuntur mulieres niſi in die Conſecrationis eiuſdem, in Dominicis anni aiunt eſſe 300. annos & totidem quadragenas, & ſingulis diebus 6048. & totidem quadragenas, & remiſſionem præterea 3. partis peccatorum. Alexander vj. vltima Dominica Ianuarij conceſſit Indulgentiam plenariam perpetuam contritis & confeſſis viſitantibus deuote hanc eccleſiam quod tali die repertus fuit Titulus Crucis.

Hoc ſacellum dictum Hieruſalem fuit olim cubiculum s. Helenæ. Huc eius iuſſu translata fuit terra è Monte Caluario, qua eadem repleuit fundamentum eius vſque ad primam fornicem inferiorem, eius rogatus plurimis illud Indulgentijs locupletauit s. Syluester, qui illud conſecrauit, ipſaq; s. Helena plurimis allatis Hieroſolyma Reliquijs ditauit. Eſt ibi ex fune qua Chriſtus fuit ligatus, ſpongia qua fuit felle & aceto potatus, pars eiuſdem veſtis, de capillis, & velo B. Virginis. Dicuntur etiam eſſe brachia ss. Petri, & Pauli. Sunt hic præterea tres particulæ Crucis Chriſti, Titulus Crucis literis Latinis, Græcis, & Hebraicis, Clauus quo Dominus affixus fuit Cruci. Duæ ſpinæ ex eiuſdem ſpinea corona. vnus ex triginta argenteis quo fuit venditus. pars ligni crucis boni Latronis. Digitus s. Thomæ ille(exiſtimo)quo tetigit Chriſti vulnera. Præterea eſt ibidem capſula plena Reliquijs. Erat hic templum Veneris, & Cupidinis, ſed eo deiecto Conſtantinus hanc eccleſiam ædificauit fortaſſe in vindictam eius facti quod Hieroſolymis olim ad abolendã Crucis memoriã in monte Caluario Veneris ſtatuam collocauerunt. Locus Venereũ appellabatur. Hic dicebatur Palatiũ Seſſorianũ, & ager itẽ Seſſorianus.

Eccleſiæ in Inſula Tyberina.

S. Ioannes Collybita eccleſia ita appellatur ab huius ſancti nomine, cuius corpus eſt ibi ſepultum vnà cum corporibus Abacuc, & Arcdefacis, & Marij, & Marthæ eorum patris & matris.

Hic s. Ioannes Collybita nobilis Romanus vixit incognitus in domo parentum, quæ deindæ in eccleſiam eſt conuerſa, ad eum modum quo vixit domi ſuæ s. Alexius. Erat olim monaſterium Monialium s. Annæ quæ eam ceſſerunt Fratribus Ioannis Dei, quorum cura eſt ægrotantium, & Hoſpitalis Hic erat olim templum Æſculapij cui etiam adiacebat hoſpitale gentilium, vt nunc nuper additũ eſt hoc Chriſtianorũ, Deo ita mirabiliter diſponẽte.

Eccle-

Ecclesia s. Bartholomæi, vbi olim erat templum Iouis Licaonij, à quo Insula hæc Licaonia fuit dicta. Est hic corpus huius s. Apostoli sub altari maiori Romam translatum ab Othone ij. Imperatore. Sunt item corpora eximij illius s. Paulini Nolæ Episcopi, & sanctorum Exuperantij, & Marcellini diac. martt. Alberti quoque confessoris quæ dicuntur fuisse reperta in puteo ante altare maius. Curant hanc ecclesiam Fratres s. Francisci de Obseruantia, qui habent ei Monasterium adiacens.

Hoc templum magna Vrbis frequentia inuisitur die s. Bartholomæi, & per octauam, quo die est Indulgentia plenaria, Dominica Palmarum est Indulgentia 200. annorum, quo die vt etiam s. Bartholomæi ostenduntur hic; etiam plurimæ aliæ Reliquiæ. Gelasius ij. eam instaurauit. est titulus Cardinalis.

In Regione Transtyberina.

S. Maria Horti prope ripam fluminis. Est ecclesia diues argento, & ornata plurimisq; donis aureis & argenteis ad diuinũ cultum spectantibus aucta est, & ornata, quæ oblata fuere à varijs aliquot societatum hominibus, qui eam frequentant vt sunt Pistores, Hortorum cultores, Salsamentarij, & alij. Hic est deuotissima imago B. Virginis, habetq; ecclesia Hospitale adiunctum.

S. Cæcilia. Hæc ecclesia dicitur fuisse domus eiusdem s. Cæciliæ, sed à quibusdam putatur fuisse domus sponsi, ad quam fuit aucta ad nuptias. nam quidam volunt domum eius natalẽ fuisse in Campo Martio vbi est Oratorium seu parua ecclesia eiusdem sanctæ, quidquid sic hic in balneo domus suæ, quod adhuc videtur in eius cubiculo, fuit martyrio affecta, & hanc eius domum postea s. Vrbanus Papa in ecclesiam conuertit quo postea Paschalis j. è Cœmeterio s. Calixti eius corpus transtulit, quod tempore Clementis viij. cum circa sepulchrum eius effoderetur iussu Cardinalis Sfrondati huius tituli, repertum fuit integrum coopertum veste auro intertexta, tota obstupescente Vrbe; ad eum omnino modum iacebat quo videtur expressum eius simulachrum ex pari marmore, videbatur vulnus in ceruice facie deorsum inuersa. Pontifex sanctissimum corpus in argenteam capsam reposuit; Cardinalis vt videtis lapidibus pretiosissimis pauimentũ strauit, donisq; aureis, & argenteis auxit, totamq; ecclesiam illustrauit lampadibus argenteis assiduo ardentibus, additis reditibus ad lumen perpetuo fouendum, sacerdotesq; statuit, & clericos ad ecclesiæ ministerium alendos. Sed non minori nitore splendet locus

infe-

inferior sub pauimento hoc pretiosissimo, vbi sub altari maiori est altare quod sepulchro virginis huius castissimæ, & martyris adiacet, & alia altaria suis quæque sanctis erecta, nam præter corpus s. Cæciliæ. Sunt hic præterea corpora ss. Valeriani eius sponsi, & Tiburtij fratrum. s. Vrbani Papæ, & s. Lucij Papæ, & s. Maximi. Hic est Statio feria iv. post Dom. 2. Quadrages. & in die s. Cæciliæ est hic Indulgentia plenaria. Celebrans in ara sanctissimi Sacramenti liberat animam è Purgatorio concessu Iulij Papæ iij. Est hic Monasterium Venerabilium Romanarum Monialium Ord. s. Benedicti. Estq; ecclesia Titulus Cardinalis. Habet titulũ Cardinalis Sfrondatus, alias s. Cæciliæ, qui successit Patruo Gregorio xiv. qui ab hoc titulo fuit assumptus ad Pontificatum.

S. Chrisogonus est titulus Cardinalis ex antiquioribus. In die s. Chrisogoni est hic Indulgentia plenaria. Sunt hæc infrascriptæ Reliquiæ, Brachium s. Iacobi Maioris, spatula s. Andreæ, Caput, & manus s. Chrisogoni. De ligno Crucis; de Capillis Christi; Costa s. Stephani. sunt præterea Reliquiæ s. Sebastiani, ss. Cosmæ, & Damiani, s. Iuliani mart. ss. Apostolorum Petri, & Pauli, Andreæ, Matthæi Apost. s. Vrbani Papæ, s. Laurentij, ss. Primi, & Feliciani, s. Georgij, s. Cæciliæ, s. Priscæ, s. Nymphæ, s. Dionysij; de sepulchro Christi, de monte Sion, de terra sancta Hierusalem. Est hic Statio feria ij. post Dom. Passionis. sunt præterea septem altaria, vt in ecclesia s. Pauli extra muros. Instaurauit hanc ecclesiam destructam à fundamentis Ioannes de Crema Cardinalis anno 1129. Ex hoc titulo fuit assumptus præsens Pontifex Paulus V. successit ei in titulo Card. Burghesius eius nepos. Hic est deuotissima imago B. Virg. de Carmine cum adiuncta Societate sanctissimi Sacramenti, quæ construxit Virgini egregium sacellum. Columnæ huius templi deductæ fuerant ex Taberna Meritoria. Hic diuina peragunt officia Fratres Carmelitani ex Congregatione Mantuana.

S. Maria Transtyberina. Dicebatur olim Taberna Meritoria, quod hic Veterani Milites bene de militia meriti alerentur ex Publico stipendio ad finem vsque vitæ. Hic est fons olei vnde nascente Christo in signum pacis & misericordiæ Dei defluxit oleum in Tyberim, quapropter s. Calixtus Papa hic primam in honorẽ B. Virginis construxit ecclesiam, quam deinde ampliauit Gregorius iij. depingendamq; curauit. Est titulus primi presbyteri Cardinalis, estq; ecclesia Collegiata, & hic est Statio in die Circũcisionis Domini, & fer. v. post Dom. 2. Quadrag. & in octaua

Assumptionis B. Virginis sunt 2500. annorum Indulg. & praeterea plenaria. sunt hic corpora ss. Pontt. & martt. Calixti, & Cornelij, & Iulij Papae & confess. Innocentij quoque primi, Calepodij presb. & mart. Quirini episc. & mart. Innocentius ij. corpora ss. Calixti, Cornelij, Calepodij, & Quirini huc transtulit è Coemeterio Callixti, collocauitq; sub ara maiori quam consecrauit additis Indulgentijs.

Hic idem Innocentius hanc eandem ecclesiam à fundamentis fore instaurauit pauimentum, varijs strauit lapillis, fornicem superiorem ecclesiae quam Tribunam dicunt ornauit opere musaico expressis imaginibus ss. Petri, & Pauli ad latera Christi, B. Virg. sanctorum item Pontificum Cornelij, & Iulij, Calepodij presbyt. & s. Laurentij, addita suamet imagine. Innocentius quoque iij. qui Cardinalis habuerat huius ecclesiae titulum illam plurimis donis & Indulgentijs auxit. Haec eadem ecclesia praeter Cardinalem Archipresbyterum habet 12. Canonicos, & alios sacellanos, & clericos qui ibi diuina peragunt officia.

In Bulla Calixti ij. numerantur hae ecclesiae sub eius iurisdictione s. Calixti, ss. Quadraginta mart. s. Ioannis ante portam Latinam, s. Syluestri prope portam Septimianam, s. Blasij, s. Laurentij, s. Angeli, ss. Ruffinae, & Secundae. Reliquiae huius ecclesiae seruantur in ciborio supra altare maius, ostenduntur q; Dominica in Albis, & conceditur tunc praesentibus Indulgentia plenaria. sunt antem istae: de ligno Crucis, de spongia, de sudario, de praesepio Domini, de capillis, & velo B. Virginis, brachium, & dens s. Petri Apostoli, brachium item s. Iacobi Apost. fratris Domini, brachium s. Calixti Papae & mart. s. item Nicolai episcopi. ex Reliquijs s. Stephani protom. s. Syxti Papae & mart. s. Damasi Papae, s. Ignatij mart. ss. Cosmae & Damiani, s. Zenonis, & soc. s. Georgij, s. Panthaleonis mart. s. Blasij episc. & mart. s. Theodori, s. Valentini, s. Mauritij mart. Caput s. Apolloniȩ. sunt praeterea plurimae aliae Reliquiae quas breuitatis causa omitto. Cardinalis ab Altaemps hic ornatum extruxit sacellum in quod translatam fuit deuotissima Beatiss. Virg. imago Est hic sepultus sanctitate vitae & doctrina insignis Card. Hosius Maior Poenitentiarius. Cardinalis s. Seuerinae Maior item Poenitentiarius laquear addidit egregium. Cardinalis Aldobrandinus nunc primus Presbyter, horologium hic quoque eximium adiunxit, & laquear, mirè visendum cum fenestris faciendum curat.

Est

Eſt hæc eccleſia vt Metropolis quædam aliarum Tranſtyberinæ regionis quare ei preæſt ſemper primus presbyter Collegij Cardinalium, habebatq; Palatium adiunctum pro primo Presbytero, quod nunc præſens Pontifex Paulus V. conceſſit Monachis s. Benedicti Congreg. Caſſineñ. loco habitationis eorum quam in monte Quirinali ſolo æquauit ad proſpectum Palatij Pontificij. Cõceſſit eiſdẽ quoque Monachis eccleſiã s. Calixti de qua modo.

S. Calixtus. Hanc eccleſiam egregie inſtaurarunt Monachi s. Benedicti; eſt hic puteus in quem deiectus fuit s. Calixtus ex cuius aqua bibere ſolet populus pro ſua deuotione. Saxum quo allegatus fuit coniectus ſeruatur in s. Maria Tranſtyberim. Eſt eccleſia hæc s. Calixti antiquiſſima ferturq; hic delituiſſe idem s. Pontifex plurimosq; aqua huius putei baptizaſſe.

Hic prope eſt eccleſia ss. 40. Martt. Eſt Societatis Confalonis conceſſerunt ante duos vel tres annos quibuſdam Fratribus s. Auguſtini, ex reformatione Siciliæ retento tamen ſibi ſuo iure.

S. Franciſci. Eſt eccleſia antiqua, inſignis memoria eiuſdem s. Franciſci qui hic habitauit in adiacenti Monaſterio vbi inuiſitur eius cubiculum. Eſt hic ſepulta B. Ludouica Romana ſanctitate & miraculis clara. Paulus Caracciolus Bononien. egregius pictor pinxit hic in tabula cuiuſdam altaris imaginem Pietatis quæ laudatur à peritis, eſt in ſacello 3. ingredientis ad læuam. Paulus V. anno ſuperiore hic ſtrauit viam recta à s. Calixto ad s. Franciſcum, & inde ad Tyberim, cœptumq; eſt hic eiuſdem hortatu ædificari, eritq; fortaſſe breui locus ſatis celebris & frequens. Incolunt locum Fratres ex Reformatione.

S. Coſmati, olim ss. Coſmæ & Damiani vt quibuſdam placet, vel Coſmi vt alijs. Hic erat Naumachia non Neronis quæ erat in Vaticano retro s. Petrum, ſed Cæſaris vel Auguſti. Eſt hic Monaſterium Monialium s. Franciſci de Obſeruantia, & merito dicuntur de Obſeruantia quod audio eas vt nobilitate, ſic & viridi obſeruantia florere. Erat, vt aiunt quidam, olim vna ex 20. Abbatijs quarum Abbates aſſiſtebant Pontifici celebrant. Monaſterium inſtaurauit Sixtus iv. Eſt præterea hic deuotiſſima imago B. Virginis miraculis clara, quæ quondã in eccleſia Vaticana erat.

S. Petri in monte Aureo. Eſt eccleſia ædificata à Ferdinando Rege Catholico, quare Reges Catholici quando opus eſt eam inſtaurant, vt aream eius gradus & viam proximus annis præteritis inſtaurauit Rex Catholicus Philippus iij. Monaſterium incolunt Fratres s. Franciſci de Obſeruantia qui ſolent hic inſtituere iu-

uentutem suam studijs literarum, sed nuper studium transtulerunt in Aram cæli. audio tamen huc breui rediturum. Sunt hic aliquot celebres picturæ, tabula aræ maioris est Raphaelis Vrbinatis pictorum facile Principis. Hinc inde ad latera nuper pinxit crucifixionẽ s. Petri, & casum Simonis Magi, Paulus Lucensis egregius pictor. Ad pedem ecclesiæ Christus flagellatus ad colũnam est Fratris Sebastiani de plumbo Veneti pictoris celebris. Iulius iij. hic egregium fabricandum curauit sacellum, & sepulchrum Antonio Card. de Monte patruo & Balduino fratri, additis quatuor egregijs statuis quas sculpsit eximius sculptor Bartholomęus Ammanatus, vt etiam coronam infra infantum, ex marmore, sculptor qui ob egregia opera fuit carus Michaeli Angelo Bonarotæ, qui ipsam vt eximium sculptorem proposuit Pontifici Iulio ad instruendum hoc sacellum, vt Georgium Vasari ab Aretio egregium pictorem. Templum seu sacellum exiguũ rotundum, quod est in area inter templum & Monasterium in loco vbi vulgo fertur crucifixus s. Petrus, est perfectum insigni & laudanda architectura. Architectus eius fuit Bramantes illustris ille Architectus qui primum delineauit Illustrissimum s. Petri Templum. Hic cõcessu Pauli Papæ iij celebrans liberat animã è Purgatorio. Dicitur aũt hic mõs Ianiculus etiã mõs Aureus, ab arena quæ colorẽ auri imitatur. Est aũt ecclesia hæc titulus Card. Nihil dico de fonte proximo quẽ Paulus V. hic excitauit, quod quisque eũ inspicere potest, & agnoscere ex inscriptione vnde aquã duxerit.

S. Pancratij. Extra Portam Aureliam, siue Traianã. Videtur ædificata in loco vbi martyrio subijt s. Pancratius, vt ex lapide in medio ecclesiæ positæ in inferiori loco constat, vbi sic incisum legitur. Hic decollatus fuit s. Pencratius. fuit hic adolescens 14. annorum. Eius corpus hic sepeliuit Octauilla nobilis fœmina. Est etiam corpus s. Pancratij episc. & mart. sunt item corpora ss. Victoris, Malci, Madiani, & Goteriæ.

Est hic Statio Dominica in Albis. Hic sub eadem ecclesia est Cœmeterium s. Calepodij presb. & mart. vbi idem Calepodius, & s. Calixtus fuere sepulti, sed translati hinc, vt diximus ad s. Mariam Transtyberinam. Ecclesiam hanc dicitur ædificasse s. Felix Papa. Simmachus autem, & Honorius j. instaurasse, vt etiam Innocentius viij. cuius insignia in facie ecclesiæ conspiciuntur. Vltimo eam cœperat instaurare Ludouicus Torres Card. Montis regalis, is & aream complanauit, naues hinc inde duas templi aperuit, laquear addidit in superiori parte, sed morte præuentus

non potuit perficere; reliquit opus omnino imperfectum, ita vt ipsi Fratres coacti fuerint templi pauimentum suis impensis sternere. Desideratur aliquis Cardinalis qui accepto titulo huius ecclesiæ opus perficiat. Meratur enim locus ad eo Sanctus ecclesiã sanctitate loci dignam. Erant duo altaria, nam inde olim Moniales, hinc Monachi diuina peragebãt officia. Cardinalis vnum amouit, relicto altero Monialiũ, & pulpita vnde canebatur Euangelium, & Epistola vlterius promouit ad caput templi. Dicitur Honor.us j: templum ornasse lapidibus illis porphyreticis. Monasterium huius ecclesiæ incolunt, & diuina hic peragunt Fratres s. Ambrosij ad Nemus, qui dicũtur hic vulgo s. Clementis, quod etiam s. Clementir Monasterium incolant. Est titulus Cardinalis. Erat olim vna ex 20. Abbatijs s. Benedicti quarum Abbates assistebant Pontifici celebrãti. De hac ecclesia s. Greg. j. meminit.

S. Onuphrij est in colle amæno, & salubris cæli, inter Portam Septimianam, & s. Spiritus, vbi paucis ab hinc annis cœptum est frequentius ædificari ob cæli salubritatem. Hic est Statio feria ij. post Pascha. Non caret suis Reliquijs, & Indulgentijs, & egregijs monumentis, & epitaphijs. Multi enim hic eligunt suũ sepulchrum. Sacellum hic eximium excitarunt Madrutij. Sepultus est hic si hoc additum placet celebris ille hic nostro seculo Poeta Torquatus Tassus qui hic obijt quo se cesserat aliquo ante mortem tempore. Ecclesiam & Monasterium dicuntur ædificasse Eugenius iv. & nobilissima de Cupis Romana familia opera B. Nicolai Monasterij fundatoris, qui hic in sacello ad dextram ingredientis ecclesiam est sepultus. Est titulus Cardinalis. Clemens viij. reddidit peruium ad hanc ecclesiam accessum.

In Suburbio, seu Burgo vulgo.

S. Spiritus in Saxia. dicitur in Saxia quoniam hic olim Saxones habitarunt, qui dicuntur primi dedisse loco principium. Primum fuit institutus locus ad educandos pueros proiectos, quos parentes vel ob paupertatem alere non possunt, vel quod nolint manifestari quod filios ex illegitimo concubitu habuerint; nam ferunt ante institutum locum, multos, ne manifestarentur, pueros proiecisse in Tyberim, quare vt tanto malo obuiã iretur institutus fuit locus ab Innoc. iij. deinde etiã ad excipiẽdos infirmos cuiuscũque tandẽ sint nationis, quos maximo numero æstiuis præsertim caloribus aliquando ad 300. Christiana caritate excipiunt, & fouent: Et instituta fuit etiam ad ipsis, quos dominos suos vocant

ministrandum religio profitentium tria vota, & hoc infirmorun ministerium, Cruce alba eorum habitus insignitur, duplici cruce sed superior potius refert titulum Crucis. Fuit locus & meritò quidem ad tantam caritatem sustinendã multis reditibus auctus quod Pontifices ipsi Maximi, qui etiam voluerunt adscribi cæteris sodalibus hic aggregatus, multis gratijs & Indulgentijs locupletarint, porrigentes loco adiutrices manus & eleemosynas, & nihilominus aliquando ære alieno exprimitur ob ingentem impensam quam facit in alendis hic ægrotis, pueris ac puellis, & eorum nutricibus, nam plurimos infantes qui aliquando erunt numero 1000. dantur foris varijs nutricibus quibus soluunt alendos præter 100. pueros quos domi nutriunt & 500. puellas quas eductas vel collocant in matrimonium vel fiunt Moniales in Monasterio, quod alunt domi sub titulo s. Theclæ virg. & mart. Pontifices qui locũ promouerunt fuerunt in primis Innoc. iij. qui cœpit, Eugen. iiij. promouit, & plurimũ Sixtus iv. Cõmẽdatores quos Præceptores vocãt, dantur Religioni ab eisdẽ Pontificibus. Frãciscus Landus Bononieñ absoluit ecclesiæ fabricam anno 1544. cœptam anno 1538. Tempore Pauli iij. laqueari visendo fuit cooperta, quod deinde inaurandũ curauit Commendator Io. Baptista Ruin. item Bononieñ tempore Greg. xiij. anno 1584. & anno 1585. primo anno Sixti v. Chorum idem iussit depingi sacrarium eius tam egregia fabrica quàm auri argentiq; opulentia æstimatur inter prima. Organum iussit fieri Alexander Guidiccionius Commendator an. 1545. Est hic Indulgentia die Dominica proxima post s. Antonium qua pueri, puellæq; cum solenni processione prodeunt ad s. Petrum quibus ostenditur Vultus sanctus, quod velint eum ab eis translatum fuisse in s. Petrum, & loco huius Pontificem eis concessisse digitum indicem s. Pauli, & brachium s. Andreæ Apost. duplicemq; Crucem ex ligno s. Crucis. Sub altari maiori requiescunt partes corporum ss. Triphonis, Respicij, & Nymphæ. Die Penthecostis, & per eius octauam est hic Indulgentia plenaria. Est quoque Indulgentia in die consecrationis quæ est 18. Maij, & alijs festiuitatibus Domini Nostri, Beatissimæ Virginis, & ss. Apostolorum.

S. Michaelis Archangeli in Saxia non longe à s. Spiritu. Est ecclesia antiqua & deuota quidam volunt à s. Gregorio ædificatam, Bonifacius Papa in summo Circo dedicauit, Circus enim Neronis huc excurrebat; sunt qui volunt à Leone iij. & Carlo Magno ædificatam, & hoc videtur suam habere probabilitatem

vt ex lapide marmoreo ibi affixo conſtat, ædificata autem fuit ſuper Crypta prope Neronis palatium quod fortaſſe habebat hic in ſuis hortis, & prope Circum, in qua ſepulta fuere corpora eorum fidelium qui cum eodem Carolo contemnitur Saracenos, qui hanc Vrbē inuaſerant pugnantes pro Eccleſia Romana obierunt: & ita eſt fatendū. Adiunxerunt autem huic eccleſiæ in honorem s. Michaelis Archangeli ædificatæ, eccleſiam s. Magni epiſcopi & mart. tres Friſij milites Caroli Magni qui reportato corpore eiuſdem ſancti, quod fundis inuentū abſtulerāt, & diuinitus admoniti compulſi fuerunt reportare. Item domum Hoſpitalem Friſij pro ſuæ gentis natione vota annua pecunia ad peregrinos alendos, dicebaturq; propterea Schola Friſiorū. Deinde cum hi hęreſi oppreſſi deſiuerant amplius Romam venire, ne locus maneret deſertus, iuncta fuit eccleſia Baſilicæ s. Petri, vel potius commendata. Sacellum hic fecit ibiq; ſepultus eſt Chriſtophorus Cabrera preſbyter Hiſpanus bonus admodum & doctus, qui viuens hic frequentius populum pietate informabat. Morti proximus legauit ſua bona Sodalitati corporis Domini ad s. Petrum, hac obligatione vt mulieribus peregrinis Hiſpanis curarent Hoſpitiū quod fecerunt. Exiſtimo hic crypta eſſe plurima etiam Sanctorū corpora quod hic in hortis Neronianis infinita Chriſtianorum multitudo fuerit ob Chriſti fidem interempta. Hic eſt ſcala deuotiſſima quam Bern. Paulinus Canonicus s. Petri, & tunc Datarius inſtaurauit, eam ſolet populus frequens die s. Michaelis Archangeli menſe Septembri, qua vt per octauam eſt hic maximus concurſus deuotè aſcendere genibus flexis vt Scalam ſanctam.

S. Maria in Campo ſancto. Dicitur autem Campus ſanctus, quod aiunt, huc translatam ab Hieroſolymis Terram ſanctam, dicebaturq; vulgo hic triduo ſepulta corpora conſumi, quod tamen non conſtat, deſtinatusq; enim videtur fuiſſe ab initio in ſepulturam peregrinorum, præſertim nationis Germanicæ Superioris, & Inferioris, vt Hieroſolymis erat ager ille Haceldema, & fortaſſe inde etiam terram hanc tranſtulerunt. Eſt hic Sodalitas, antiquiſſima fortaſſe omnium Romæ, conflata ex vtriuſque Germaniæ Superioris videlicet, & Inferioris hominibus, hæc confirmata, deinde fuit & multis Indulgentijs, & priuilegijs aucta à Leone x. Habent hoc priuilegium ob antiquitatem præcipuum quod in die Corporis Domini, ſtatim poſt Proceſſionem finitam Pontificis ipſi ſuam peragant ante omnes Proceſſionem, & alia. Sodalitas hæc eſt ſub titulo Conceptionis B. Virginis qua die feſtum

celebrant cum Indulgentia plenaria. Habent hic insignem Reliquiam pedem videlicet integrum s. Erasmi episcopi & mart. quā Reliquia ab hinc biennio egregie ornauit Illustriss. & Reuerendiss. Ioannes Godefridus Episcopus Bambergen. & Princeps Imperij cum Romam venisset Legatus ad præstandam obedientiam nomine Matthiæ Imperatoris creati, vir qui ob egregias animi & corporis dotes fuit toti Vrbi gratissimus. Habet pterea plurimas alias Reliquias. Hic est imago picta in pariete vbi nunc est altare erectum s. Caroli Borromæi, quæ ipso adhuc viuente fuit picta.

S. Stephani Hungarorum non procul distat à Campo sancto. Hanc ecclesiam ædificandam curauit apud s. Petrum, s. Stephanus Rex Hungariæ in honorem s. Stephani protomart. Nunc autem est dedicata in honorem eiusdem Regis. Erat Hungarorum; Gregorius xiij. vniuit Collegio Germanico, & Hungarico.

S. Stephani Æthiopum, seu Indorum, seu Abyssinorum, est retro ecclesiam s. Petri. Hanc retinent, & habitationem adiacentem incolunt Abyssini.

S. Marthæ huic est proxima pro familia Papæ. Est hic Hospitale pro eadem familia. Habet hæc ecclesia maximas Indulgentias, fuit superioribus annis instaurata, & picturis ornata.

Ab altera parte ecclesiæ s. Petri est ecclesia s. Annæ pro Pedissequis, seu Parafrenarijs Domini Papæ, & DD. Cardinalium.

s. Ægidij est huic proxima. hæc 1. Septembris eius festo die frequentatur, à mulieribus præsertim totius Vrbis, eo quod præesse, & prodesse dicatur, hic sanctus Abbas lacte Ceruæ nutritus febre laborantibus, vel parturientibus, & lacte, vel fœcunditati carentibus.

Huic proxima est ecclesia s. Peregrini episc. & mart. sunt hæ duæ iūctæ quoq; ecclesiæ s. Petri. Hæc à Leone iij. fuit ædificata.

S. Lazari, & s. Mariæ Magdalenæ extra Portam Angelicam, est ipsa quoque iuncta s. Petri ecclesiæ. Huic adiacet Hospitale leprosorum. Frequentatur hæc ecclesia magno concursu Dominica Passionis, & die s. Mariæ Magdalenæ. Iacet ad pedē montis Marij in Via olim Regia Romam venientibus vel inde descendentibus. Hoc Hospitale anno superiore attributum fuit, vt illud curent Fratribus hæremitis institutis ad Portam Angelicam à viro pio nomine Albentio, vbi & hi habent suam ecclesiam cum Hospitali & habitatione coniunctam, stipem, seu eleemosynam quærunt per Vrbem vnde cœnam singulis diebus dent pauperibus maxime peregrinis.

s. Ca-

S. Caterinæ est in capite Suburbij, seu Burgi noui, ad forum s. Petri. Videtur fuisse olim Monasterium Monialium, est vnita ecclesiæ s. Petri, accommodata nunc ad tempus vsui Sodalitatis sanctissimi Corporis Christi eiusdem ecclesiæ s. Petri. Erat hic olim de lacte quod loco sanguinis fluxit ex ceruice s. Catherinæ quando fuit ei caput præcisum, & de oleo quod fluxit ex eius sepulchro. Hic duobus ab hinc annis institutum fuit vt aliquot fratres ter conuenirent in hebdomada ad infligendam sibi disciplinam cum magna pietate disciplinantiũ & fructu, vt fit in alijs Vrbis locis. Anno 1617. iussu Pauli V. reposita est vna ex Monetis Constantini cum indulgentijs Sixti v.

S. Iacobi vulgo Scossauallo inter Burgum vetus, & nouum. Hic est lapis quo præsentatus fuit puer Iesus in templo, item lapis in quo Abraham sacrificare voluit suum filium, Romam allati à s. Helena vt collocarentur in s. Petro in Vaticano, sed cum veherentur ad s. Petrum, equi cum peruenissent ad hunc locũ substitere, noluer untq; progredi vlterius. & cum vrgerentur deiecerunt onus in terram. Hinc quod concuterent calceis onus & terram, dictum volunt locum vulgari lingua Scossacauallo, & hoc signo diuinitus accepto hic ecclesiam ædificarunt. Est hic Sodalitas antiqua Corporis Christi, qui habent hic suum Oratorium adiunctum, præbet singulis annis sepulchrum Domini varijs modis pie spectandum. Initium habuit hæc Sodalitas hoc modo; nã cum semel egrederetur Curatus loci tunc deserti Frater Carmelitanus cum sanctissimo Sacramento ad cõmunicandum Infirmum cum vnico ministro præseferent lumen quod vento fuit extinctũ, quidam viri pij hoc viso statim arreptis tedis, & candelis accensis sanctissimum Sacramentum fuerunt comitari, & inde firmiter proposuerunt, vt quotiescunque efferretur Eucharistia illam honorificè deinceps, vt decet comiterentur cereis accensis, & sic paulatim creuit Sodalitas in eum numerum quo nunc conspicitur.

S. Maria Transpõtina. Hæc erat olim prope Castrũ s. Angeli, sed ad muniendũ Castrum, translata fuit ad mediũ Burgi noui, siue viæ Alexãdrinę, vbi noua ecclesia fuit ædificata, & Monasteriũ Fratrũ Carmelitarum instauratũ, cum omnibus priuilegijs & Indulgentijs suis, vt concessum fuit à Pio v. anno primo sui Pontificatus, quo anno iacta fuere nouæ ecclesiæ fundamenta, quæ deinde finita fuit & perfecta anno 1587. quo concessa Indulgentia plenaria à Sixto v. solemni pompa & processio translata fuit imago

deuotiſſima B. Virginis, vnà cum corporibus ss. martt. Baſilidis, Tripodij, & Mandoli, è veteri deiecta in nouam hanc eccleſiam cum cæteris Reliquijs, quæ ſunt caput s. Baſilij, pars brachij s. Alberti, imago Crucifixi quæ dicitur allocuta ss. Petrum, & Paulum cum flagellarentur. Sunt hic præterea duæ columnæ quibus alligati flagellati fuere ijdem Apoſtoli, iuxta quas carmina quædam leguntur marmore inſculpta.

A Porta Flaminia, ſeu Populi ad radices vſque Capitolij.

S. Andreæ extra Portam Flaminiam. Eſt paruum Templum, ſed miro artificio iuſſu Iulij iij. conſtructum, exiſtimo eſſe delineatum ab egregio ſculptore Bartholomæo Ammanati, vt etiam vinea eiuſdem Iulij in eadem via cuius architectura videtur eiuſdem opificis. Idem Pontifex conceſſit hic Indulgentiam plenariam pro viuis, & defunctis die eiuſdem Apoſtoli, qua eadem die dirigebatur agmen ſeu proceſſio ſolennis à s. Laurentio in Damaſo vſque ad s. Petrũ, vbi oſtẽdebatur caput s. Apoſt. Andreæ. Puto hanc eccleſiam erectam quod hic Pontifex Pius ij. cum caput s. Andreæ à Ponte Miluio, quo ei proceſſerat obuiam geſtaret ad s. Petrum, & hic paululum requieſceret. In loco vnde tulit caput s. Andreę Pius ij. & quo proceſſerat ei obuiam, hic idẽ Pontifex Pius erecta eſt ſtatua eiuſdem Apoſtoli cum inſcriptione hiſtoriæ & Indulgentiæ plenariæ ibidem conceſſæ feria ij. hebdomadæ ſanctæ viſitantibus hunc locum; eſtq; hic parua eccleſia vnita eccleſiæ ſanctiſſimæ Trinitatis ad Pontem Sixtum. Templũ s. Andreæ vnitũ eſt s. Mariæ de populo. Atque volunt hoc Templum ædificatum à Iulio iij. in honorẽ s. Andreæ, quod eius die ſacra liberatus fuit ab ingenti mortis periculo ante Pontificatum.

S. Mariæ de populo. Eſt hic imago B. Virginis depicta (vt fertur) à s. Luca. Viſitur varijs anni temporibus plurima frequentia, maxime cum detegitur imago ſanctiſſima, aperiunt à media Quadrageſima ad Paſcha, & ab Auguſto ad Septembrem. Hic ſub arbore nuce ſepulta erant oſſa Neronis à dæmonibus cuſtodita. Paſchalis Papa ij. ita reuelante B. Virgine, ea eruit, & in Tyberim proiecit, erecto in eodem loco B. Virginis altari, & inde deſijt locus infeſtus eſſe à dæmonibus. Dicitur de populo, quia primum ædificata fuit à Pop. Rom. tempore Paſchalis eiuſdem. Sixtus iv. quaſi à fundamentis inſtaurauit, multisq; priuilegijs, & Indulgentijs auxit, confirmatis conceſſis ab alijs, præſer-

tim à Paſchali qui altare & eccleſiam primus conſecrauit, poſitis in ara plurimis Reliquijs. De vmbilico videlicet D. N. de Veſte, Velo, & Lacte B. Virginis, de ligno item s. Crucis præter plurimas alias reliquias. In eadem conſecrationis die conceſſit omnibus fidelibus, à vj. feria poſt Dom. 3. Quadrag. vſque ad oct. Reſurrectionis, quibus diebus oſtenditur imago B. Virginis, ſingulis diebus mille annos, & mille quadragenas Indulgentiarum: præterea ob 10. Cardinales aſſiſtentes dicitur cõceſſiſſe alios 1000 & totidem quadragenas centenos, in ſingulos, & 33. & totidem quadragenas pro numero aliorum Prælatorum vnum annum, & quadragenam in ſingulos, præter plurimas ab alijs Pontificibus conceſſas, quas omnes Sixtus iv. cum eccleſiam à fundamentis inſtauraſſet confirmauit.

Sixtus v. ſubſtituit eam loco s. Sebaſtiani in numerum ſeptem eccleſiarum, ſubſtituit autem cum eſſet aliquod periculum viſitandi s. Sebaſtianum extra Vrbem ob exules ſeu latrones, qui dicebantur graſſari quibuſdam in locis deſertis, conceſſis ei omnibus priuilegijs, quibus gaudet s. Sebaſtianus, & 7. altaribus: fecit id autem incommodum populi. Quam eandem dicitur ſubſtituiſſe Gregorius xiij. tempore peſtis, toto tempore quo graſſata eſt in Italia, ipſeq; Pontifex propterea nudis pedibus cum totius Cleri & Populi proceſſione, & longo agmine ſupplicantium eam adiuit preces fundens pro liberatione Italiæ & Vrbis à peſte, quæ Vrbis diuinitus ſeruata fuit. Præter ſupradictas Indulgentias dicitur hic præterea eſſe Plenaria ſingulis feſtiuitatibus B. Virginis, & per earum octauas, vt in Sabbathis omnibus Quadrageſimæ. Eſt eccleſia omnino vt videtis deuotiſſima, multis propterea votis ac miraculis refecta, ſepulchris item & picturis inſignis. Ad læuam ingreſſus eſt ſacellum Auguſtini Ghiſij, depictum à Michaele Angelo Bonarota, vt etiam ſimulachrum Ionæ ab eodem Bonarota confectum. Ad læuã aræ maioris eſt aliud ſacellum D. Cæſarij, pictum à Michaele Angelo Carauaſio celebri hac noſtra ætate, & celebriori ſi diutius vixiſſet. Eſt eccleſia titularis. Titulũ habebat Card. Franc. Mantica, qui ab hinc biennio obijt, doctiſſimus in Iure Ciuili, vt teſtantur eius monumenta hic eſt ſepultus, relictis eccleſiæ 1000. aureis in annua ſacra pro eius anima.

S. Maria de Miraculis ad mænia prope hanc portã Flaminiam, ſed anno ſuperiore trãslata fuit deuotiſſima & pulcherrima imago ad eccleſiam aliam quam à fundamentis extruxerunt Fratres Conuentuales s. Franciſci Reformati, ſub titulo s. Antonij de Padua

dua in loco saniori & commodiori inter montem Quirinalem, & Pincium Trinitatis, vbi his proximis annis cœptum est plurimum ædificari,& ab alijs etiam Religiosis Ordinibus reformatis: Extruunt enim hic Fratres isti suum Monasterium: extruxerunt aliquot ante annos suum. Reformati s. Augustini sub titulo s. Nicolai de Tolentino, & postea Carmelitani quoque Reformati, vulgo Discalceatorum suum pro studijs literarum; & nuper extruxerunt hic quoque suum non procul hic in via à Pincio ad Quirinalem Fratres Redemptionis Captiuorũ sub titulo s. Franciscæ, relicto antiquo & vendito in platea vulgo petræ, ita vt locus hic futurus sit frequentissimus,& habitationibus (vt iam cœpit postquam Pontifex maiorem partem anni ponit in mõte Quirinali) & Religiosis Ordinibus.

S. Trinitatis. Est hic in monte Pincio, cœptum est Templum hoc ædificari,& Monasterium ab ipso s. Francisco de Paula cuius Fratres dicti Minimi illud incolunt. Cœptum autem fuit ipso sancto petente liberalitate Ludouici ij. Regis Frãciæ cui hic Sanctus fuit gratissimus,prosequuti sunt opus Carolus viij. eius filius cum Italiam occupasset, & alij deinde consequentes Reges. quare pro Gallis tantum præcipue fuit ædificatus locus, & cum multos annos ibi Galli cum Italis permixtim habitassent, tandem superioribus annis fuere separati Itali abiernnt ad s. Andream dictum de Frattis,Galli hic permanserunt. Est ecclesia hæc sanctissimæ Trinitatis pulcherrimis sacellis hinc inde distincta, egregijs picturis ornata. Ad ingressum ad læuam sese offert pulcherrimũ Burghesiorum vbi Pauli præsentis Pontificis,Parentes, & propinqui sunt. Est etiam aliud prope ostiolum quo ingredimur Monasterium depictum à Federico Zuccaro egregio nostri temporis pictore. In die sanctissimæ Trinitatis, & s. Francisci de Paula sunt hic plurimæ Indulgentiæ.

S. Vrsulæ hic in foro Populi, est ecclesia recenter ædificata, cius curam habet Sodalitas quædam sub nomiue s. Vrsulæ.

s. Iacobi in Augusta ita dicta quod huic proximum erat Mausoleum Augusti. Hæc habet adiunctum Hospitale in quo decũbunt illi qui laborant morbo incurabili, propterea etiam vocatur s. Iacobi Incurabilium. Habet hoc Hospitale duas ecclesias hinc inde, vnam paruam in qua seruatur sanctissimum Sacramentum pro communicandis decumbentibus, alteram ab altera parte in platea quæ ducit ad portam Flamineam, vulgo Cursus, à fundamentis extructam ab Antonio Maria Saluiato Cardinali, optime

de

de hoc Hoſpitali merito ad diuina officia. In die Annunciationis B. Virginis, & 1. Maij, & in die omnium fidelium Defunctorum eſt hic plenaria Indulgentia, & omnibus totius anni Sabbathis tertia pars remiſſionis peccatorum.

S. Ambroſij in via Curſus, dicitur via Curſus, quod hic in Bacchanalibus currunt ad lucrandum præmium. Hanc eccleſiã cum Hoſpitali adiuncto extruxerunt pro ſuis Mediolanenſes, hæc nunc eſt frequentiſſima ob deuotionem s. Caroli Borromæi, quod Sanctus hic frequentius ſermones habuit ad populum, & alia eccleſiaſtica munera obierit, ſed nunc ad latus huius extructũ eſt nouũ Templum & magnificum in honorem eiuſdem s. Caroli, atque ita duo ſancti Archiepiſcopi Mediolanenſes, habebunt quique ſuam eccleſiam ſeparatam & coniunctam. Huc anno ſuperiori tranſtulerunt Mediolano ſanctiſſimũ Cor ipſius s. Caroli Borromæi ſolẽni ceremonia & ſupplicatione. Hic cęperunt eccleſiaſtica obire munera anno ſuperiori Oblati presbyteri ad curam animarum inſtituti ab eodem s. Carolo.

S. Athanaſij. Eſt eccleſia Græcorum vbi illi ſua obeunt Græcè ſuis ritibus eccleſiaſtica officia. Hæc fuit extructa à fundamẽtis cum adiuncto Collegio pro Græcis alendis à Cregor. xiii. Vt hinc literis & pietate inſtructi mittantur ad ſuos in fide Catholica, & inſtruendos, & fouendos.

S. Rocchi ad Ripam minorem, vulgo Ripetta. Hic erat Mauſoleum Auguſti vt eius cernuntur veſtigia. Habet adiunctũ Hoſpitale pro Longobardis è Sodalitate s. Martini, qui eccleſiæ curã ſuſcipiũt. Eſt hic brachiũ s. Rochi. Eſt Indulg. quotidieplenaria conceſſa à varijs Pontificibus, præſertim à Pio iv. eiuſdem Nationis. In facie eccleſiæ cernũtur depicta multa s. Rocchi miracula.

S. Hieronymi Slauorum ſeu Illyricorum, cum Hoſpitali pro natione. Hanc ædificarunt Illyrici ſeu Dalmatæ, ſed Sixtus v. qui Cardinalis habuerat hunc titulum factus Pontifex eccleſiam à fundamentis in meliorem formam extruxit, Collegiatamq; fecit, additis Archipresbytero cum Canonicis, & Clericis eiuſdem nationis. Eſt quidem eccleſia parua, ſed illuſtris & egregia. Habetq; ſuas Reliquias, & Indulgentias.

S. Laurentij in Lucina, ita dicta quod olim fuit templum Iunonis Lucinæ. Eſt titulus antiquus Cardinalis. Erat eccleſia Collegiata, ſed proximis annis ſuperioribus amotis Canonicis cũ ſuis reditibus (quos Pontifex tranſtulit ad ſuum ſacellum in s. Maria Maiori) fuit conceſſa, ita petente Alexandro Peretto Cardinali à

Monte

Monte alto, Clericis Minoribus institutis, & confirmatis à Sixto v. eius matris auunculo. ab hoc præsente Pontifice Paulo V. fortasse non sine mira Dei prouidentia, vt hic habeant hi Patres segetem & campum ad incumbendum in salutem huius Paræciæ animarum, quæ aliquo simili auxilio ob meretricum quod quibusdã in eis locis proximis viget indigere videbantur. Sixtus iij. eam obtentã à Valentiniano ij. Imperatore dedicauit s. Laurentio. Instaurarunt deinde alij Pontifices, vt Benedictus ij. & Cœlestinus iij. qui eam instauratam consecrauit. sunt hæc corpora ss. Alexandri, Euentij, Theoduli, Seuerini, Pontiani, Eusebij, Vincentij, Peregrini, & Gordiani, ampullæ duæ plenæ sanguine & adipe s. Laurentij, vas plenum eius carne assa, pars craticulæ eiusdẽ, pannus quo Angelus eius absterſit sanguinem, & plurimæ aliæ Reliquiæ. Est hic Statio feria vj. post Dom. 3. Quadrages. Est Parochia quam ijdem Patres curandam susceperunt.

S. Syluestri habet adiunctum Monasteriũ Monialium s. Francisci, olim erat ex 20. Abbatijs. s. Syluester locum obtinuit vt creditur à Constantino Magno, Symmachus postea in honorem eius ecclesiam ædificauit; Alij volunt ab ipso s. Syluestro fuisse ædificatam, & à s. Paulo j. à fundamentis instauratam.

Est hic Statio fer. v. post Dom. 4. Quadrag. Estq; Indulgentia plenaria diebus s. Syluestri, & s. Claræ. Seruatur hic Caput s. Io. Baptistæ, Vultum quoque Domini quem impressum in panno misit D. N. Regi Abagaro qui eum exoptabat videre. pars pallij s. Francisci. Estq; corpus B. Margaritæ è familia Columnensium quæ hic fuit Monialis, & ipsi Columnenses ecclesiam quoque instaurarunt. Et vltimo Card. Dietrichstain. Est titulus Cardinalis.

S. Maria s. Ioannini est vnita ecclesiæ s. Siluestri, estq. ecclesia antiqua, sed cum diutius fuisset deserta anno 1586. cum fama miraculorum cœpisset hæc imago B. Virginis illustrari, & ecclesia fuit illustrata.

S. Andreæ de Frattis seu sepibus ita dicta, quod esset locus sepibus consitus. Huc transmigrarunt proximis superioribus annis Fratres s. Francisci de Paula Itali separati à Gallis, qui remanserunt, vt diximus, in monte Pincio in ecclesia sanctissimæ Trinitatis, & isti Fratres Itali hanc ecclesiam nouam à fundamentis erexerunt.

S. Mariæ in Via. Hic est deuotissima imago B. Virginis miraculose reperta in puteo, vt ibi legitur, est miraculis insignis nec

caret ecclesia suis Indulgentijs. Sacellum Virginis picturis, & auro egregie ornauit Petrus Aldobrandinus frater Clementis viij. Proximis annis fuit eximie satis instaurata maxime à Cardinali Bellarmino huius ecclesiæ Titulari.

S. Mariæ Magdalenæ Conuertitarum seu Conuersarum ad pœnitentiam. Est hic Monasterium mulierum, quæ à turpi meretricio quæstu ad bonam frugem sunt conuersæ. Habuit initiũ temporis Leonis x. opera Cardinalis Medicis eius consobrini, qui postea fuit Clemens vij. Sunt hæ Moniales ex Ordine s. Augustini. Habent suam Indulgentiam plenariam concessam ab ipso Clemente vij. & à Paulo iij.

Cardinalis Aldobrandinus hic egregium Chorum extruxit. Hoc Monasterium ignis conflagratione consumptum Paulus V. summa liberalitate restituit, amplificauit, & exornauit anno 1617.

Anno superiori Eques s. Lazari legauit eis bonam pecuniæ summam, quod diuina accedit prouidentia ad eorum subleuandam inopiam.

SS. Apostolorum. Hanc ecclesiam existimarunt quidam fuisse ædificatam à Constantino Magno propterea fortasse quod Pelagius j. Pontifex eam ædificarit ad Thermas Constantinianas. Instaurauit eam postea Ioannes iij. Est hic Statio omnibus vj. ferijs Quatuor temporum, feria v. post Pascha, & Dom. 4. Aduentus, primo Maij festo ss. Apostolorum Philippi, & Iacobi; est hic Indulgentia plenaria, nam horum Apostolorum corpora hic requiescunt, vt etiam corpora ss. Pelagij Papæ & mart. s. Ioannis iij. Boni presbyt. & 9. Clericorum martt. nimirum Cyrilli, Columnij, Exuperantij, Ioannis, Honorati, Primitiui, Theodosij, Fausti, & Mauri, ss. item Iouiniani, Nazarij, Sabini, & Clementis martt. Claudiæ quoque, & Eugeniæ eius filiæ, pars s. Chrisanti, & Dariæ. ex costa s. Laurentij, genu s. Andreæ, de brachio & humeris s. Blasij, vestis s. Thomæ Apostoli sine manicis, de scapulari s. Francisci, & aliæ Reliquiæ. Est præterea pars ligni s. Crucis. Erat olim ecclesia Collegiata, nunc eam obtinẽt Fratres s. Francisci Conuentuales quibus eam concessit Pius ij. anno 1463. Martinus v. ex illustrissima Columnensium familia eam instaurauit additis Columnensium eorundem ædibus quas illæ æstate &, post eum alij Pontifices incoluerunt. Sixtus iv. Tribunam templi instaurauit, Iulius ij. eius nepos porticum extruxit, Sixtus v. qui ibi fuerat conuocatus Pontifex ex eo ordine assumptus comparauit ædes seu Palatium proximũ à Columnen-

sibus,

ſibus, & ſibi Collegium ſtudentium eiuſdem Ordinis ſub titulo s. Bonauenturæ inſtituit conceſſis eis annuis redditibus. Eſt titulus Cardinalis.

S. Marcelli. Hanc eccleſiam ædificauit Lucina nobiliſſima fœmina in honorem s. Marcelli, qui hic ſtabulo ad beſtias damnatus à Maxẽtio, fætore & ærumnis pro Chriſto confectus obijt. Eſt hic Statio feria iv. poſt Dom. Paſſionis, & Indulg. plenaria in die s. Marcelli cuius corpus hic requieſcit, vt etiam corpora ss. Dignæ, Emeritæ, Fidei, Ioannis presbyt. Phocæ, Blaſti, Diogenis, Longini, & pars s. Felicitatis cum 7. filijs. Capita ss. Coſmi, & Damiani, maxilla s. Laurentij, brachium s. Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ, & s. Anſani, Crux lapidea s. Marcelli, & aliæ Reliquiæ. Eſt præterea hic Crucifixus deuotiſſimus miraculis clarus cuius curã habet Nobiliſſima Sodalitas Crucifixi, s. Marcelli Sodalitas, Principum ac Nobilium Romanorum, quæ hic habet ſuum Oratorium proximum. vbi diebus Veneris Quadrageſimæ de Paſſione Domini pij habentur ſermones (hoc anno eius primum habuerunt aliquot Cardinales Caetanus videlicet, & Centinus) adiuncto egregio cantu ad pietatem compoſito. Solet eadem hæc Sodalitas die Exaltationis s. Crucis nuptui dare dote parata aliquot puellas. In ſacello Crucifixi ſunt picturæ anno ſuperiore additæ viſendæ, & quæ laudantur. Reuerendiſſ. Dominus Vitellius inſtaurandam curauit eccleſiam, picturisq; eximijs ornandã. E regione ſacelli Crucifixi eſt ſacellũ in quo eſt Conuerſio s. Pauli à Taddæo Zuccaro depicta. Tribunam depinxit Ioannes Baptiſta Nauarrus.

S. Maria in via lata. Hic eſt Oratorium s. Pauli Apoſt. & s. Lucæ vbi hic ſcripſit Acta Apoſt. fertur etiam pinxiſſe imaginem B. Virginis, quæ hic aſſeruatur, eo modo quo eum vidit cũ anulo digito inſerto, per quam imaginem B. Virgo plurima operatur miracula, plurimiq; qui ad eam confugiunt redeunt læti & exauditi. Vocabatur olim Oratorium ss. Pauli, & Lucæ. Eſt eccleſia Collegiata, & Parochialis, titulusq; Cardinalis. In die Purificationis, & Natiuitatis B. Virginis eſt hic Indulgentia plenaria, vt in die Aſſumptionis, quæ eſt feſtum eccleſiæ, conceſſa à Gregorio xiij. Eſtq; hic Statio feria iij. poſt Domin. Paſſionis, vt ad s. Quiricum.

S. Marci hanc eccleſiã ædificauit s. Marcus Papa anno D. 336. dedicauitq; s. Marco Euangeliſtæ, Gregor. poſtea iv. & Paulus ij. Venetus cum eſſent huius eccleſiæ Titulares illam inſtaurarunt.

Paulus

Paulus hic addidit Palatium, quod olim Pontifices æſtiuis caloribus incolebant. Idem Paulus ij. eandem eccleſiam poſtea vtrique s. Marco dedicauit. Eſt hic corpus huius ſancti Pontificis Marci, & ss. Abdon. & Sennen. Caput item, & brachium s. Marci Euangeliſtæ, hic multæ ſunt Indulgentiæ.

Eſt hic Statio feria ij. poſt Dom. iij. Quadrageſ. Celebratur item primus dies anni, s. Marcæ Euangeliſtæ, quo die hinc ad s. Petrum fit ſolennis proceſſio Litaniarum maiorum. & octaua Corporis Domini qua fit proceſſio. & dies Epiphaniæ. Eſt eccleſia Collegiata, Parochialis, & titulus Cardinalis. Auguſtinus Valerius Titularis Cardinalis, pius & doctus, Chorum exornauit. A feria ij. hebdomadæ ſanctæ vſque ad feriam ij. Paſchæ eſt hic Indulgentia plenaria. Die item s. Marci hic collocant puellas nubiles.

S. Mariæ de Laureto fuit ædificata ad columnam Traianam egregio ſatis ædificio ad aliquam imitationem s. Mariæ Lauretanæ à Societate piſtorum Italorum. Die Natiuitatis B. Virginis eiuſdem eſt hic Indulg. plenaria: ac virgines puellæ dotantur.

S. Mariæ Regionis Pineæ eſt Monaſterium mulierum. Sunt Indulgentiæ plenariæ, & priuilegia viſitantibus hanc eccleſiam.

Huic proximum eſt Monaſteriũ male nuptarũ vulgo appellatũ.

S. Maria dicta vulgo della ſtrada olim, nunc nobiliſſimũ templum nominis IESV. extructum ab Illuſtriſſ. Alexandro Card. Farneſio Patribus Societatis nomini IESV. qui à Paulo iij. eiuſdem Cardinalis alter Farneſius ſuperioris ex fratre Nepos, Domum proximam à Patribus eiſdem incolendam ædificare proſequitur à fundamentis, qui & extruxit commodam ſane & egregiam Sacriſtiam. Eſt quidem vt videtur ædificatio huius Templi ampla, & percommoda diuinis peragendis officijs. Cardinalis enim Alexander celebres ad eius ædificationem adhibuit Architectos; Viniola cœpit perrexit, & proſequutus eſt reliquum Iacobus á Porta, adhibita etiam opera cuiuſdam è Patribus architecturæ periti. Annos 68. cœpta, perfecta fuit 84. & conſecrata à Iulio Sanctorio Card. S. Seuerinæ. Illata fuerunt conceſſu Gregorio xiij. ſolemni pompa & agmine totius Cleri Vrbis, & Ordinum Religioſum, in eum corpora ss. Abundi presb. & Abundantij diaconi, reperta in eccleſia ss. Coſmæ, & Damiani, fuereq; ſub altari maiori recondita, extructo ibi paruo ſacello ſeu Oratorio ad peragendũ ſacrum, quod mulieres tantum 16. Septembris ſanctis ſacro ingrediuntur. Ad latus aræ maioris eſt corpus

B. Igna-

B. Ignatij Loiolæ Ordinis huius Fundatoris, hùc è veteri Téplo translatum, miraculis vt videatur insigne, maxime partu laborantium quibus præsto est inuocatus. Agitur nunc de eo canonizando. Hoc anno translatum est eo ex Indijs brachium B. Francisci Xauerij B. Ignatij socij, qui erimus in Iaponem Insulam Euangelium inuexit, estq; in illis partibus miraculis illustris. Habent præterea hic insignes aliquot Reliquias inter alias capita s. Ignatij illius nobilissimi mart. s. Melchiadis Papæ & mart. & aliorum Sanctorum.

Primo die anni cum Templum sit sacrum, & dedicatum nomini IESV est hic Indulgentia plenaria. Estq; frequens hic toto anno Sacramentorum administratio, Verbiq; Dei prædicatio. Et in diebus bacchanalibus ab aliquot annis exponitur summa celebritate ac frequentia sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, eo ornatu, ac luminum varietate, vt rapiat introeuntes, eosq; detineat, qui alioquin ad ludos & vana spectacula raperentur, adhibito egregio concentu musico, sermonibusq; frequentibus interpositis de rebus diuinis, quos habent interdum aliqui Cardinales. Est res magnæ impensæ, sed illam sustinent nobiles viri tam Prælati inter quos sunt aliquot Cardinales quàm seculares, è quibus hic ab aliquot annis coaluit Congregatio B. Mariæ Virginis nobilissima, habetq; hic domi suum Oratorium quod frequentant, vt etiam suum habent Vrbis plurimi Opifices, & suum etiam separatum nobilium famuli. Est Templum egregijs quoque picturis visendum tabulam aræ maioris pinxit egregius pictor Hieronymus Mutianus: sacellum B. Virginis Iosephus Valerianus Religiosus sacerdos ex eadem familia, seruatur hic in hoc sacello antiqua & deuotissima imago B. Virginis dicta olim della Strada, à qua vetus templum quæ erat Parochia (nunc translata in s. Marcum) nomen sumpserat: sacellum s. Francisci pinxit Antonius Flander, vt etiam tabulam Natiuitatis Domini.

Ecclesia s. Maria super Mineruam ita dicta quod hic olim esset templum Mineruæ, percommodum Templum diuinis officijs, quæ hic haud minus piè quam diligenter peragunt Fratres ex Ordine Prædicatorum Romanæ Prouinciæ, qui hic mira Dei prouidentia nunc Veram Sapientiam in Collegio Rom. s. Thomæ Aquinatis docent, & laudant Dei Matrem, vbi olim fuit à Minerua, stultaq; eius sapientia celebratur.

Sunt hic quinque nobilissimæ Sodalitates sanctissimi Sacraméti, Rosarij, Nominis Dei, & sanctissimi Saluatoris, & Annunciatæ,

hæc ſingulis annis quam plurimas dotat puellas cum ſit opulentiſſima, quod habeat ferme annuos reditus die Annunciationis Domini quo ad eam accedit Summus Pontifex cum Cardinalibus ſuo ornatu equitantibus, vbi ipſe Pontifex ſingulis puellis ſuas porrigit crumenas.

Erat ex hac Sodalitati iam ante Pontificatum Vrbanus vij. cuius propterea corpus ante biennium ſolemni pompa è s. Petro in ſuum locum tranſtulerunt, nam totum ſuum hic idem Pontifex moriens huic Sodalitati legauit. Eſt hic in egregio ſacello B Virginis Roſarij corpus s. Catherinæ Seneñ, ſunt hic præter aliæ Reliquiæ de veſtimento, & capillis B. Mariæ Virginis, & multæ aliæ. In die s. Dominici eſt hic quoque Indulgentia plenaria, ſicut etiam in alijs tribus Dominicis ſunt aliæ Indulgentiæ, feria vj. infra oct. Paſchæ eſt Statio eadem cum Indulgentia plenaria. Et in altari maiori celebrans liberat animam è Purgatorio.

Clemens viij. egregium hic ſacellum extruxit ſepulturæ ſuorũ vtriuſque videlicet parentis & ſuorum. Huc, perfecto, primus illatus fuit Syluester Aldobrandinus Cardinalis s. Cæſarij adoleſcens, miris virtutibus relicto ingẽti ſui Vrbis deſiderio fuit enim deplorando eius obitu magna ſpe fruſtrata. Eſt titulus Cardinalis. In Choro ſunt ſepulta corpora duorum Summ. Pontt. Clem. vij. & Leonis x. in Capella s. Thomæ Aquinatis ſepultus eſt Paulus iiij. Cardinalium vero non eſt numerus. In eadem eccleſia acquiritur theſaurus multarum Indulgentiarum alijs eccleſijs conceſſarum vt videre eſt in tabula marmorea, quæ ingredientibus per dexterã portam eiuſdem Templi ſeſe obijcit primæ columnæ vaſis aquæ benedictæ proxima affixa.

Annunciationis B. Mariæ Virginis, dicitur vulgo Annunciatella ob Templi exiguitatem, eſt Patrum Collegij Romani Societas IESV, quorum eſt iuuentutem Romanam literis inſtruere, cuius numerus ita creuit, vt cum primum poſſent hic omnes diſcipuli ſacro ad quod tenentur quotidie intereſſe,nunc ampliſſimo Gymnaſio à Gregorio xiij. extructo non capiat hoc Templum dimidiam partem, quare reliqui audiunt Miſſam in aula ſuperiori ædificij. Eſt Templum hoc paruum tamen bene conſtructum, ei inſtructum Victoria Tolfia Pauli iv. ex ſorore neptis exædificauit. Audiui Patres voluiſſe protrahere & amplificare, ſed ſuperſediſſe ne aliquod detrimentum pateretur egregia pictura Annunciationis B. Virginis in eius fornice à Federico Zuccaro depicta, & aliquot nouis coloribus inducta, & ab eodem innouata. Lau-

datur opus egregium & dignum, vt iterato videatur, est siquidem pictura, quæ cum artificio pietatem habet & modestiam, quod non ita frequenter fit hac nostra ætate coniunctā. Videat, si quis mirari velit artificium Adam hinc & inde Euam depictam, & notet mœstitiam quam præ se fert Adam dormiens. Audio tamen has duas imagines fuisse, vt inferiores Natiuitatem videlicet, & Circumcisiones hinc inde à Taddæo Zuccaro eius fratre laudatiore illo pictore depictas. Videat præterea & contempletur Dei Patris maiestatem, & Virginis gratiam, necnon & Angeli, & Prophetarum venustatem obseruet. Est hic in sacello B. Virginis corpus B. Aloysij miraculis illustris ex nobilissima Gonzagorum familia, qui hic Religiosus adolescens dans operam literis, & maxime pietati sanctissime obijt relicta amplissima spe familiæ, & Marchionatu fratri qui hic nuper Legatus Imperatoris apud Pontificem agens fratris huius defuncti, vt Beatus dici possit negocium plurimum promouit; cui postulationi Clemens viij. cognita eius vitæ sanctitate maxime ab Illustriss Card. Bellarmino, qui Beato adolescenti diutius fuerat à confessionibus benigne annuit, expectatur vt suo tempore in numerum Sanctorum referatur. Inuisitur eius sepulchrum quamplurimis & tabellis, vt videre est ex voto ornatur. Habent præter alias insignes Reliquias partem carnis cum pelle ex purissimo corpore s. Catherinæ virginis & mart. & merito obtinent quod ea sanctissima Virgo literis præsideat, & à discipulis inuocetur.

S. Maria Rotunda Pantheon olim quod esset Templum omniū Deorum, & maxime Cibele Deorum matri sacrum, Bonifacius iv. conuertit in cultum Dei Matris, & Sanctorum omnium præcipue Martyrum, quare etiam s. Maria ad Martyres nuncupatur, & idcirco etiam die omnium Sanctorum frequentatur à fidelibus; Relinquo egregium antiquitatis monumentum contemplandum inuisentibus, ipsi videant quo artificio sit constructum, quo commodo ad diuina peragenda. Sane aliquando varijs luminibus ita illustrarunt ad sepulchrum Domini in maiori hebdomada, vt res videretur omnino digna conspectu. Concionibus quoque habendis est aptissimum. Habet veram templi formam ad antiquorum normam. M. Agrippa ædificandum curauit iij. Conf.

S. Mariæ Magdalenæ, erat Societatis Confalonis à qua illam obtinuerunt Ministri Infirmorum, quorum est ægris præsto esse, frequētatur die Sanctæ eiusdē qua est Indulg. plenaria. Non caret suis Reliquijs maxime ab eo tēpore quo eam Patres hi obtinuerūt.

S. Mariæ in Campo Martio. Hic ſunt Moniales quarum primæ quæ hoc Monaſterium incoluere fuere Græcæ, quæ ante aliquot centenos annos Romam appulſæ ſecum tulerunt deuotiſſimam Saluatoris imaginem, vnà cum corpore ſanctiſſimi Doctoris cognomento Theologi Gregorij Nazianzeni, quod vt diximus Gregorius xiij. tranſtulit in ſuum ſacellum ad s. Petrum relicto ipſis Monialibus brachio eiuſdem Sancti. Habeant prætetea corpus s. Quirini martyris.

Eſt huic proximum aliud Monaſterium Monialium s. Franciſci in monte Citorio.

S. Maria in Aquiro ſic dicta, quia hic olim, vt aiũt, celebrabatur equiria, ideſt curſus equorũ: alias s. Elizabeth in platea Capranica. habet multas Reliquias, & Indulgentias. Eſt vſui Orphanis qui hic habent ſuam domum adiunctam. Orphanos hos inſtituit B. Ignatius Loiola. Cardinalis Saluiatus poſtea aliud Collegium inſtituit huic proximum ad aliquot etiam Orphanos alendos.

S. Machutus, ſeu ss Bartholomæi, & Alexandro. Pertinet hęc eccleſia ad s. Petrum, ſed attributa eſt à Canonicis huius Baſilicæ ſacro vſui Confraternitatis Bergomatum, qui eccleſiam hanc miro nitore curant. Habet & hæc ſuas Reliquias, Indulgentias, & priuilegia.

S. Euſtachij fuit à Cœleſtino iij. conſtructa & conſecrata, habet aliquot illuſtres Reliquias, nimirum de Sanguine, Veſtimentis, Corona ſpinea, & ligno ſanctiſſimo Crucis Chriſti. De cruce itẽ s. Andreæ, de carbonibus quibus aduſtus fuit s. Laurentius, & de Reliquijs s. Euſtachij, & Theopiſtæ eius vxoris, & filiorum eorundẽ Theopiſci, & Agapiti. Eſt eccleſia Collegiata, titulus Card. & Parochia. Hic prope Thermæ Neronis, & Alexandri Impp.

S. Ludouici Regis Francorum. Hæc eccleſia ab ipſimet Gallis fuit ædificata ſatis vt videre eſt egregia ſtructura. Officia hic diuina celebrantur cum eo quo par eſt ſplendore. Habet ſua priuilegia, & Indulgentias, vt etiam Reliquias de s. Apollonia, & alijs Sanctis. Eſt hic Confraternitas Medicorum, vt etiam Lotharingorum. Habet ſuum Hoſpitale pro Natione adiunctum.

S. Saluatoris huic eſt proximum ſacellum quod habet quotidianas Indulgentias, & frequentatur cum maxima populi pietate.

S. Auguſtini. fuit à fundamentis inſtauratum hoc Templum ab Illuſtriſſ. Cardinali Gulielmo Rothomageñ, laudatur eius architectura quam dicitur ſuſpexiſſe Michael Angelus Bonarota. Eſt hic inſignis imago B. Virginis à s. Luca depicta quam idem Sanctus

ctus dicitur tulisse secum quocunque pergeret, ferturq; reperta in eiusdem sepulchro circa eius caput. Sedente Innocentio viij. plurima efficit miracula. Est præterea hic corpus s. Monicæ, s. Augustini matris, huc ab Ostia Tiberina translatum, cuius festa die, vt eiusdem s. Augustini, & s. Nicolai Tolentini, est hic Indulgentia plenaria.

S. Trifonis huic adiacebat ecclesiæ, qua demolita fuit huius Sancti corpus cum omnibus Reliquijs translatum in hanc s. Augustini ecclesiam.

S. Antonij de Padua. Hanc dedicauit Papa Gelasius, multisq; priuilegijs, & Indulgentijs ditauit, est sacra s. Antonio, & s. Vincentio. Est ecclesia Lusitanorum qui habent hic suum Hospitale adiunctum. Est hic sepultus celeberrimus ille Doctor Nauarrus nomine Martinus.

S. Apollinaris. Dicitur olim fuisse Apollinis templum, & ab Hadriano primo sanctiss. Pontifice s. Apollinari dedicatum. Est titulus Cardinalis, & Parochia. Habet Stationem feria v. post Dom. Passionis. Requiescunt hic corpora ss. Eustratij, Mardarij, Eugenij, Orestis, & Auxentij. Attributa fuit hæc ecclesia manente Parochia, & Parochiano à Gregor. xiij. alumnis Collegij Germanici, & Hungarici à quibus Officium diuinum peragitur exacte, seruatis Ecclesiæ ritibus & ceremonijs, & Musica eximia, laus sit Patriq; Michaeli Lauretano primo huius Collegij Rectori, qui id instituit vt adolescentes Germani hic instructissimi ritibus Ecclesiasticis in Germaniam rederent, ibiq; eas obseruarent ad ecclesiæ Romanæ præscriptum.

S. Iacobi Hispanorum. Hæc ecclesia extructa fuit ab Alphonso Paradino Hispano Cucitaten. Episcopo. Habet Indulgentiam plenariam ipso die s. Iacobo sacro, celebrant etiam festum s. Alphonsi Toletani Archiepiscopi. Custoditur ecclesia cum decore. Est visenda processio quam instituunt nocte ante auroram Resurrectionis Domini, quæ miro splendore ac cantus lætitia peragitur. Est hic eiusdem Resurrectionis Confraternitas. Habet suum Hospitale adiunctum pro Natione, dotatq; puellas.

S. Mariæ de anima. Est ecclesia Theutonicorum commodo Vrbis loco, habet suas Reliquias, duas spinas ex corona spinea Domini, donatas ab Hadriano vj. cuius corpus hic requiescit, eiusq; arma vt loci benefactoris ecclesia fert in fronte, vt Caroli v. Imperatoris Gandauẽsis cuius Hadrianus fuit præceptor. Habet præterea brachium s. Barbaræ virg. & mart. vltimo etiam habuit

buit plures Reliquias ſibi donatas ab Illuſtriſſ. Card. Burgheſio, vt nationis Protectore; Eſt præterea hic ſepultus, Cardinalis Enchefordius, ſolus ab Hadriano creatus Cardinalis, & Andreas Cardinalis Auſtriacus qui Romam priuatus venerat, & incognitus ad annum Iubilæi, cognitus tandem, fuit à Clemente viij. in Palatium Pontificium traductus, & ab eodem Pontifice ſacraméta eccleſiæ æger (ex qua ægritudine occubuit) accepit. Præterea hic eſt ſepultus Cliuiæ Princeps, qui etiam ad alium annũ Iubilæum Romam venerat ſub Gregorio xiij. qui Pontifex Principem iſtum quoque decumbentem ad mortem inuiſit. Obijt, tota Vrbe, & Pontifice præſertim condolente. Habet hæc eccleſia quæ à preſbyteris nationis celebratur diuinis Officijs quotidie, ſuum Hoſpitale adiunctum, fundatum olim ab vtroque coniuge Hollando Dordracenſi.

S. Maria Pacis ſuperiori ferme adiacet. Eccleſiæ hæc, adiuncto hoc anno 1614. ſacello in capite eccleſiæ egregio, mirum eſt quantum ornamenti, & luminis acceperit inde, omnibus opus cõprobantibus, quod fuit etiam pergratum Pontifici. Frequentatur hæc eccleſia & ob deuotionem Virginis, & ob Indulgentias quoque quas habet, & Miſſas frequentes & continuas ad populi commodum, quibus etiam aliqui ſacerdotes pauperes ſuſtentantur. In feſtis B. Virginis, vt etiam in Sabbathis Quadrageſ. eſt hic Indulgentia plenaria, & à media Quadrageſ. ad octauam vſque Paſchæ ſunt hic anni mille, & totidem quadragenæ Indulgentiarum; ſuntq; hic plurimæ Reliquiæ quæ in ſolemnioribus huius eccleſiæ feſtis in maiori collocantur altari. Habet adiunctum Monaſterium Canonicorum Regularium. Eſtq; titulus Cardinalis. Ad ingreſſum ad læuam ſunt hic Sybillæ & aliæ imagines depictæ à Raphaele Vrbinate. Xyſtus iv. ædificauit.

S. Thomæ in Parione. Conſecrata fuit ab Innocentio ij. anno 1139. 22. Decembris, qui eam egregijs inſtruxit Reliquijs, & inter cæteras brachio s. Damaſi. hæ occultatæ, in lucem prodierunt anno 1540. Eſt hic Sodalitas Scriptorum quibus tota fere abundat hæc Parionis platea, quorum petitioni annuens Pius iv. conceſſit hanc eccleſiam viſitantibus diebus Annunciationis B. Virginis, s. Ioannis Euangeliſtæ, & s. Nicolai Indulgentiarum plenariam vere pœnitentibus, & ſacra communione refectis, tota fere inſtaurata fuit à Mario Cornetano: eſt titulus Cardinalis, & Parochia.

S. Mariæ in Vallicella ædificata fuit noſtra hac tempeſtate, idcirco

circò etiam vulgo ecclesia noua vocatur. Est Presbyterorum Congregationis Oratorij à B. Philippo Nerio instituta præter diuina Officia quæ hic cum decore celebrantur, & administrantur sacramenta confessionis & communionis cum frequentia. Singulis diebus, quod est rerum, habentur ab eisdē presbyteris aliquot sermones ad populum semper, quod mirandum est, frequentem, instituti ad pietatem familiari propiores colloquio, quam incitato dicendi generi, ita tamen vt tangant cor, fiunt cum fructu. Est hic corpus B. Philippi. seruatur in sacello sane ob pretium lapide visendo.

S. Saluatoris de Lauro, ædificauit eam Latinus Vrsinus Cardinalis egregia satis structura, sed arsit aliquot ante annos. Nunc est instaurata. Habet adiunctum Monasterium Fratrum s. Georgij in Alga. est titulus Cardinalis.

S. Ioannis Florentinorum in via Iulia, est egregie constructa, hoc tandem anno 1614. fuit perfecta præter faciem ecclesiæ. Translata fuere huc aliquot ante annos corpora ss. Prothi, & Hiacynthi. Est nationis Florentinæ, celebrant festum s. Io. Baptistę summa cum frequentia, est Indulgentia plenaria. Est hic quoque Congregatio presbyterorum vbi B. Philippus Nerius aliquando cum suis vixit.

S. Blasij vulgo della Panetta. Est vnita s. Petro. Habet præclaras Reliquias, & præter cæteras, de ligno s. Crucis, de veste B. Mariæ Virginis, de Reliquijs ss. Andreæ, Blasij, Chrisanti, Dariæ, & Sophiæ.

S. Mariæ de Suffragio. Est hic Sodalitas Suffragij pro animabus Purgatorij. Anno 1617. huc ex ecclesia supradicti s. Blasij hæc Sodalitas se transtulit, cum antea ibi multis annis diuina officia persoluisset,

S. Lucia vulgo de cloaca, quod sit prope cloacam publicam. est hic Indulgentia perpetua à plurimis Summ. Pontificibus concessa. Est nobilissimæ Confraternitatis Confalonis, quæ habet hic suum Oratorium proximum. Est hæc Confraternitas antiquissima à 300. annis.

S. Mariæ de Oratione. Est hic Sodalitas Mortis. Est Indulgentia plenaria singulis secundis Dominicis cuiusque mensis.

S. Ioannis Euangelistæ dictæ in Aino, prope Curiam Sabellam. Dicunt in Aino dictam ab Aqua quadam hoc appellatam nomine, quæ in Vrbem influebat.

S. Hieronymi de Charitate. Hic est Indulgentia quotidiana,

eſt Sodalitatis Charitatis quæ plurimas elargitur eleemoſynas. Gregatim hic quoque viuunt aliquot ſacerdotes qui ſedulo inibi incumbunt in adminiſtrationem ſacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, iam ab eo tempore quo hic commoraretur Cacciaguerra pius ille vir: hic cœpit ſuam Congregationem B. Philippus Nerius qui hinc tranſmigrauit ad s. Ioannem Florentinorum vbi & remanſerunt ſacerdotes gregatim viuentes, & inde ad eccleſiam nouam vbi vita ſanctiſſimæ functus eſt B. Philippus. Huic adiacet ad latus eccleſiæ s. Catherinæ, vulgo de Rota, quæ eſt vnita Baſilicæ s. Petri. Eſt Parochia, ad ingreſſum ad dexteram eſt egregia pictura.

E regione huius eſt Templum ſanctiſſimæ Trinitatis olim, nunc s. Thomæ Cantuarien. Habebat Hoſpitale Anglorum adiunctũ, nunc erectum à Greg. xiij. in Collegio ſtudentium eiuſdem Nationis, ex quo prodierunt plurimi qui in Anglia ſanguinem pro Eccleſiæ Romanæ defenſione profuderunt. Celebrant feſtum ſumma celebritate s. Thomæ Cantuarien. qui dicitur hic, cum Romam veniſſet, commoratus. Regunt Collegium Patres è Soc. Ieſu.

S. Laurentij in Damaſo. Hæc eccleſia fuit ædificata & aucta ab ipſomet s. Damaſo cuius Reliquiæ fuere huc translatæ; & hãc eccleſiam ipſemet s. Pontifex donauit Patena aurea lib. 20. Vaſe quoque lib. 10. quinque Calicibus, & totidem coronis. Ferme collapſam inſtaurauit Cardinalis s. Georgij, inſtituitq; ſacellum Cantorum. Eſt titulus Diaconi Cardinalis. Eſt hic Statio fer. iij. poſt 4. Dom. Quadrag. ſunt hic corpora ss. Boni, Mauri, Fauſtini, Iouini, Eupitij, & fratrum eius; caput s. Barbaræ pes s. Damaſi, ex adipe s. Laurentij, & plurimæ aliæ Reliquiæ. Sunt hic tres Confraternitates; vna ſacramenti, quæ eſt aliarum eiuſdem Sacramenti antiquiſſima, & plurimas elargitur eleemoſynas. Altera Conceptionis, quæ in tali die plurimas collocat puellas; tertia s. Sebaſtiani. Eſt eccleſia Collegiata inſignis. Habetq; ſuum Vicarium perpetuum pro cura animarum quæ paſcuntur hic etiã frequenti ſacramentorum adminiſtratione. Titulum habet nunc Alexander Perettus Cardinalis Montis alti Vicecancellarius, qui ſucceſſit Alexandro Farneſio item Vicecãcellario, incolitq; adiunctum Cancellariæ Apoſtolicæ Palatiũ. Cernuntur in hæc eccleſia picturæ non contemnendę latus ad manum dextrã ingredienti per maiorem ianuam pinxit adoleſcens adhuc Ioſeppinus ad læuam Nicolaus Pomarãcius è regione aræ maioris Ioannes de Vecchis.

S. Barbaræ. hæc est in forum Iudæorũ & aciem Campi Floræ. Habet aliquot egregias Reliquias ex capillis videlicet B. Mariæ Magdalenæ, de vestimento B. Virginis, de velo, & capite s. Barbaræ, de reliquijs s. Bartholomæi, Philippi, & Iacobi Apostolorum, ss. Margaritæ Felicis, Lorici, Christophori, Sebastiani, Alexij, Marij, Marthæ, Laurentij, Petronillæ, & aliorum. Hæc ecclesia modo est Bibliopolarum qui ibi instituerunt Sodalitatem sub titulo s. Thomæ Aquinatis.

S. Martinelli prope Regulam, siue Arenulam. Hanc ecclesiam ædificauit Guasterius Monachus s. Saluatoris tẽpore Honorij iij. Hic habent tunicam D. Nostri quam B. Virgo consuit Filio, & cum eo creuit, est ecclesia antiqua superioribus annis cum hic effoderunt reperta fuere corpora ss. & instrumenta quibus martyres cruciabantur. Dicata est s. Martino papæ primo.

S. Saluatoris, nunc dicitur sanctissimæ Trinitatis pontis Sixti, seu Conualescentium, propterea quod hic in Hospitali adiuncto admittuntur Cõualescentes, qui egressi ex Hospitalibus hic ad aliquot dies detinentur donec melius viribus confirmentur. Peregrini item hic hospitio recipiuntur, qui maxime anno Iubilæi summa hic caritate tractantur, quod Principes viri, & fœminæ, illi virorum, hæ feminarum pedes summa cum humilitate & caritate lauent, & tanta ædificatione vt peregrinis lacrymas excutiant præ nimia consolatione, & eosdem Peregrinos eleemosynis præterea iuuent.

Hæc ecclesia, quæ modo etiam dicitur B. Virgo Trinitatis per cuius Virginis imaginem Deus miracula operatur, fuit à fundamentis refecta egregia architectura. Est hic Sodalitas sanctissimæ Trinitatis cuius fratres summa caritate, illam quam dixi caritatem in Peregrinis exhibent.

S. Caroli Card. Borromæi, ædificatur modo à Patribus Barnabitis, non sine Dei prouidentia, videtur arsisse Palatium, quod paulo ante arserat ex fœno calefacto, vt eo vilius id Patres isti coemerent ad huius Templi vsum, quod cogantur cedere locum & ecclesiam s. Pauli proximam Patribus Theatinis, qui totam insulam coemerunt.

S. Mariæ de Monticellis. Hæc est in Regione Regulæ, & sunt hic corpora s. Marcelliani Episcopi, & s. Nimphæ, cum alijs Reliquijs.

SS. Vincentij, & Anastasij. Est retro Arenulam ad Tyberim, & est Societatis Coquorum.

SS. Ioannis, & Petronij, est hic Sodalitas Bononiensium, iacet ad latus Palatij Farnesiani.

S. Brigittæ hic in foro Farnesiano. Hic ea habitasse fertur.

S. Catherinæ Senensis, est in platea Iulia, estq; Senensium.

S. Mariæ de Monteserrato. Habet plurimas & Reliquias & Indulgentias, fuit tota instaurata. Dicunt hic celebrant Hispani cum decore & diligentia, ij videlicet Hispani qui pertinent ad Coronam Aragoniæ.

S. Eligij. est Templum paruum, sed egregium, ad Tyberim prope plateam Iuliam est Sodalitatis Aurificum.

ss. Celsi, & Iuliani prope ponte Ælium, siue s. Angeli, in via Depositariorũ, quę Bãchi vulgò dicitur; est hic visenda Reliquia, Pes videlicet s. Mariæ Magdalenæ. Est Collegiata, & est hic Sodalitas sanctissimi Sacramenti: habetq; suas Indulgentias, estq; Parochia.

S. Mariæ de planctu. Hæc primum appellabatur s. Saluatoris, sed ob miracula quæ hic operatur B. Virgo accepit ab ea nomen. habet Indulgentiam quotidianam. Fuitq; instaurata à fundamẽtis; habet & suam quoque Sodalitatem. Cogitat eques pius hic instituere Collegiatam, breui perficietur negocium hoc pium.

S. Catherinæ de Funarijs, est egregia architectura ædificata à Card. Cæsio. Habet adiunctum Monasterium vbi aluntur & pietate instruuntur illæ puellæ, quarum castitas facile, nisi ibi admitterentur, periclitaretur vsque ad ætatem nubilem, vel monachalem. B. Ignatius de Loyola pium hoc opus inchoauit. Habet quotidianam Indulgentiam, & in die s. Andreæ plenariam, concessam à Iulio iij.

S. Angeli in foro piscario, olim fuit porticus Iunonis via triũphali. Est ecclesia Collegiata & titulus Cardinalis: habet plurimas Reliquias, nam anno 1562. cum dimoueretur altare maius reperta fuit capsula plena Reliquiarum, & lamina plumbea, hac inscriptione: Hic requiescunt corpora ss. Martyr. Symphorosæ, ac viri sui Zotici, & filiorum eius à Stephano Papa translata. Hæ ss. Reliquiæ ablatis nonnullis particulis quæ Tibur ad ecclesiam s. Symphorosæ fuere translatæ, reconditæ sunt denuo sub altari maiori. Reliquæ populo ostenduntur bis in anno cum Indulgentia plenaria, die videlicet s. Symphorosæ 18. Iulij, & s. Angeli 29. Septemb. Card. Andreas Perettus ecclesiam nonnihil instaurauit addito laqueari.

S. Nicolai in Carcere, ita dicta est hæc ecclesia, quod hic esset Carcer publicus ille de quo dictum fuit est locus in carcere quod

Tullianum appellatur ex aliquorum ſententia. Aiuntq; hic fuiſſe templum Pietatis ita appellatum à pietate quam filia patri in carcere detento exhibuit, nam cum is damnatus eſſet vt fame periret, ipſa ſub ſpecie inuiſendi patris, eum proprio lacte aliquot diebus aluit; quod cum animaduertiſſent cuſtodes, rem ad Senatum retulerunt, cui adeo tanta pietas placuit, vt patri noxam & pœnam condonauit, & decreuit vt vterque pater & filia deinceps ſumptu publico aleretur. Eſt hæc eccleſia titulus Cardinalis, eſtq; Statio ſabbatho poſt Dom. 4. Quadrag. & in die s. Nicolai plenaria peccatorum remiſſio: ſuntq; corpora ss. Marci, & Marcellini, Fauſtini, & Beatricis, coſta s. Matthæi Apoſtoli, manus s. Nicolai, brachium s. Alexij, & plurimæ aliæ Reliquiæ.

S. Mariæ Aracœli. Eſt in monte Capitolino, diciturq; Pop. Rom: pulchris columnis, marmoribusq; ornata, fundata fuit ſuper veſtigia templi Iouis Feretrij, quo Romulus olim opima ſpolia ab hoſte reportata appendit, & Auguſti Palatij cuius fertur hic fuiſſe cubiculum indeq; Sibillam ei oſtendiſſe Chriſtum recẽs natum, idcirco ad memoriam tanti rei hic Fratres s. Franciſci de Obſeruantia, qui locum incolunt ſoliti ſunt quotannis egregium præſepe Chriſti infantis inſtruere, in eodem met loco vnde infantem proſpexit Auguſtus, qui ab eodem tempore ſe Dominum appellari vetuit, quidquid ſit, talis hic memoria celebratur. In diebus s. Antonij de Padua s. Bernardini, Aſſumptionis, Natiuitatis, Conceptionis B. Mariæ Virginis, s. Ludouici Epiſcopi, & in die Circunciſionis habent Indulgentiam plenariam.

Eſtq; corpus s. Arthemij, & ante chorum viſuntur in lapide impreſſa Angeli veſtigia, quando viſus fuit s. Gregorio templum conſecrante, vel potius tempore eiuſdem Pontificis peſte Romæ graſſante in vertice Caſtri S. Angeli, & ſic vulgò creditur.

Eſt præterea hic imago deuotiſſima B. Mariæ Virginis eo modo à s. Luca depicta, quo ſtetit iuxta Crucem IESV Filij. Aſcenditur ad Templum per 128. gradus, qui dicuntur ſublati fuiſſe è Templo Quirini in monte Quirinali.

Monaſterium eſt ex præcipuis, vel præcipuum Fratrum de Obſeruantia. Eſt titulus Cardinalis.

Hieronymus Cancelli Romanus Epiſcopus Cabilioneñ locum vnde Auguſtus proſpexit infantem Chriſtum in Matris brachij egregijs columnis circumcinxit. Ioſeppinus hic pinxit aliquot tabulas in vſum funeris, pictura quæ vulgò dicitur, claro obſcurà. Mutianus quoque hic tabulam pinxit, Pomarancius alte-

ram

ram sub ista, & S. Hieronymum pinxit Ioannes de Vecchis.

A Capitolio ad læuam versus Montes.

SS. Petri, & Pauli in Carcere Tulliano, sunt qui contendunt nõ hunc esse Carcerem Tullianum, sed S. Nicolai in Carcere, vt ibi diximus. Hæc ecclesia est ad radices Capitolij, consecrauit eam S. Syluester, nam hic detenti fuere in vinculis SS. Petrus & Paulus. Qui cum baptizare hic vellent carceris huius custodes Processum,& Martinianum ad fidem ab eis conuersus, ecce tibi diuinitus & miraculosè fons erupit è terra,cuius aquam hactenus potant deuotionis causa fideles Christiani.

Quotidie habet Indulgentiam 1200. annorum, & tertiæ partis peccatorum, & festiuis diebus duplicatam.

Est hic forma capitis S. Petri cum in parietem illideretur.

Huic ecclesiæ imposita est ecclesia à fundamentis extructa à fabris lignarijs in honorem S. Iosephi.

S. Martinæ fuit olim templum Martis fuit anno 1588. concessa pictoribus, iccirco eam S. Lucæ dedicarunt,cuius Sancti habebant Templum prope Sanctam Mariam Maiorem,quod Sixtus V. ad complanandum loci ascensum, deijciendum curauit.

S. Hadriani in foro Romano, fuit olim ærariũ Pop. Rom. Honorius j. S. Hadriano dedicauit. Habet corpora ss. Marij, & Marthæ, & ex reliquijs s. Hadriani. Anno 1614. fuit aliqua ex parte instaurata à Fratribus Redemptionis captiuorum, qui Monasterium hic incolunt. Inuenta autem fuere hæc SS. Corpora anno Domini 1217. sedente Papa Gregorio II. sub maiori altari; qui idem Pontifex tunc eandem ecclesiam instaurauit.

S. Laurentij in Miranda,fuit olim porticus Imperatoris Antonini Pij, & Faustinæ eius Coniugis. Pharmacopolæ hic habent suum Oratorium pro eorum sodalitate, qui egregium hoc Templum exstruxerunt.

SS. Cosmæ, & Damiani olim templum Romuli,& Remi. Hæc est vetusta ecclesia à Felice iiij. anno 526. dedicata. Hic mirum dictu cum de eius sanctitate ambigeretur anno 1582. sub Gregorio xiij. repertum fuit corpus S. Felicis II. papæ, & mart. pridie eius die, quo eius festum olim in antiquis Martyrologijs celebrabatur hac inscriptione, *Hic requiescit S. Fœlix papa,& martyr.* Fuerunt item reperta corpora ss. martyrum Marci, & Marcelliani, & Tranquillini presbyteri, & paucis post hos diebus, item re-

per

perta fuere hic corpora SS. Marci, Abundij presbyteri, & Abundantij diaconi, sub peruetusto altari sub cornu Euangelij, Erat tabella marmorea signo crucis, & hac inscriptione notata, *Hic requiescit S. Habundius presbyter, & Monachus, & Mart.* sub cornu Epistolæ altera tabella eodem signo, & hoc titulo inscripta. *Hic requiescit S. Habundantius Diaconus, & Martyr.* Hæc duo deinde corpora sequenti anno concessu Gregorij eiusdem translata fuere solenni omnium Ordinum agmine in ecclesiam nomini Iesu, extructam ab Alexandro Card. Farnesio relicta hic integra tibia, & quatuor officulis S. Abundij, & brachij S. Abundantij. Hanc ecclesiam cum Felix iiij. atauus S. Gregorij dedicasset, idẽ S. Gregorius postea instaurauit. Sunt hic corpora item ss. Cosmæ, & Damiani. Est statio hic feria v. post Dom. 3. Quadrages. & est titulus Cardinalis. Habentq; hic adiunctum Monasterium Fratres ex Tertij Ordinis S. Francisci.

S. Mariæ nouæ. Est prope Arcum Titi. Hanc S. Leo iiij. ædificauit, instaurauit autem Nicolaus v. vel (vt alij volunt) Ioannes vij. & idcirco appellata fuit s. Maria noua, cum primũ in antiquo diceretur. Verum paucis ab hinc annis fuit iterũ instaurata. Nunc hoc anno superiore addiderũt ei pulchrum porticum cum egregia facie ecclesiæ expensis Monachorum Montis Olîueti, qui Monasterium adiacens incolunt. Hic etiam sub Gregorio xiij. reperta fuere corpora SS. Nemesij diac. Lucillæ virg. Symphronij, Olympij, Tribuni, Exuperiæ eius Coniugis, & Theoduli eorũ filij hic à Gregorio v. recondita.

In sepulchro ante altare maius cancellis septo iacet corpus S. Franciscæ Romanæ, quæ ab hoc præsenti Pontifice Paulo V. anno 1608. præsente Pop. Rom. fuit in Sanctorum numerum relata.

Cernitur hic etiam ad latus arce maioris egregium monumentum quo ostenditur reditus è Gallia Romam Gregorius xj. Est hic etiam imago B. Virg. quæ fertur à S. Luca depicta, & è Græcia ex Vrbe Troade Romam ab Angelo Frangipanio illustri equite transportata, quæ ardente ecclesia tempore Honorij II. perstitit illæsa. In eadem hac ecclesia, quæ est vna ex antiquis Cardinalium Diaconijs. Lapis visitur in quo nota genuflexionis S. Petri cum genuflexus orans Simonem Magum è sublimi aere deiecit.

S. Clementis interiacet inter amphitheatrum, & S. Ioannem Lateraneñ. Sunt hic corpora s. Clemẽtis papę, & s. Ignatij mart.

qui

qui hic prope in amphitheatro fuit leonibus obiectus. Hic in eius porticu iacebat olim s. Seruulus paralyticus cuius meminit s. Gregorius in Dialogis. Estq; hic eiusdem s. Seruuli corpus in sacello reconditum, suntq; plurimæ aliæ Reliquiæ, quæ in die stationis, quæ est feria 2. post 2. Dom. Quadrag. exponuntur, & in die s. Clementis, in qua est hic plenaria peccatorum remissio, & quotidie sunt 40. anni, & totidem quadragenæ. Estq; titulus Cardinalis, incolunt Monasterium proximum Fratres qui dicuntur s. Ambrosij, & vulgo s. Clementis.

Inter hoc Templum,& s. Ioannem Lateranum est ædicula parua dicta s. Mariæ Imperatricis,quæ imago fertur allocuta s. Gregorium, & ipse Pontifex concessit dicentibus ter orationem Dominicam, & salutationem Angelicam, Indulgentiam 16, annorũ; estq; Capituli s. Ioannis Lateraneñ.

SS. Quatuor Coronatorum est hic prope s. Clementẽ ad dexteram in monte Cælio, Honorius j. ædificauit, collapsam fere restituit s. Leo iv. instaurauit deinde Paschalis ij. Sunt hic plurima ss. corpora nimirum quatuor Coronatorum Seueri, Seueriani, Carpophori, & Victorini, item Claudij Nicostrati, Simphoriani, Castorij, & Simplicij, qui quod essent egregij sculptores, idcirco hic merito habent Sculptores suam Sodalitatem. Sunt hic præterea corpora 27. Martyrum. Erat hic quoque reliquia s. Cæciliæ. est titulus Cardinalis. Habetq; stationem feria ij. post 4. Dom. Quadrag. Monasteriũ adiunctũ amplificauit Pius iv. vbi aluntur, & educantur puellæ orphanæ,donec vel Deo ibidem cõsecrentur, vel in matrimoniũ collocentur. Hic castra Missenatiũ quondam.

SS. Petri, & Marcellini, hæc item ecclesia est inter amphitheatrum,& s. Ioannis. Constantinus Magnus ædificauit, plurimisq; donis fertur auxisse, nimirum patena aurea lib. 34. candelabris item inauratis quatuor pedum 12. singulis, tribus calicibus aureis gemmis ornatis, & argenteo vno lib. 200. vase item aureo lib. 20. Collapsam restituit Alexandet iv. cum prius Greg. iij. eam instaurasset. Sunt hic Reliquiæ ss. Petri, & Marcellini, & aliæ vt in lapide marmoreo ibi notantur. Habet stationem sabbatho post 2. Dom. Quadrag. Est Capituli s. Ioannis Laterañ.

S. Matthæi in Merulana, est inter s. Ioannem Lateranum, & s. Mariam maiorem. In die s. Matthæi est hic Indulgentia plenaria, & quotidie hinc anni mille & totidem quadragenæ, & 7. pars remiss. peccatorum. Est hic imago B. Virginis miraculis illustris. Estq; titulus Card. incolunt locum Fratres s. Augustini.

s. Petri

S. Petri ad Vincula. Hanc ædificauit Eudoxia Imperatrix, seu potius restituit ciuili bello destructam tum cum s. Petri Vincula Hierosolymis Romam attulit, nam tum primum s. Petro fuit dicata. Hæc vincula Romanus Pontifex coniunxit cum Romanis, quibus s. Petrus Romæ fuerat vinctus, & reperit vtraque omnino conuenire. Instauratam ab Imperatrice, Pelagius Pontifex consecrauit, condiditq; ibi corpora ss. Machabæorum, & hæc ipsamet vincula ab Imperatrice Hierosolymis Romam allata vnà cum vinculis Romanis; idq; Calend. Augusti, qui deinde dies Augusto primum Cæsari sacer s. Petri vinculis cessit. quo die hic est Indulgentia plenaria ab eodem Pontifice concessa. Sunt hic plurimæ præterea Reliquiæ inter cæteras pars Crucis s. Andreæ. Est hic statio fer. ij. post Dom. 1. Quadrag. & fer. ij. post Penthec. Sixtus iv. vetustate collabentem instaurauit; Iulius ij. eius nepos porticum extruxit, & egregium suum monumentum vnà cum Mosis statua à Michaele Angelo Bonarota sculpendum curauit, opus sane visendum. Est titulus Cardinalis Monasterium adiunctum incolunt Canonici Regulares quibus Templi cura incumbit.

S. Laurentij in Paneperna est in monte Viminali constructa super vestigia seu monumenta Palatij Decij Imperatoris. Locus celebris ob martyrium s. Laurentij qui hic fuit in craticula adustus, cuius est hic brachium, & pars craticulæ, & aliquot carbones quibus fuit vstus. Est præterea hic sepulchrum s. Brigittæ virg. cuius corpus fuit in Scotiam eius patriam translatum relicto hic eius brachio, sunt hic corpora ss. Crispini, & Crispiniani, & plurimæ aliæ Reliquiæ. Estq; hic Monasteriũ Monialium s. Francisci. Est statio feria v. post Domin. 1. Quadrag. est titulus Cardinalis. Visitur hic magni illius Card. Sirletti sepulchrum.

S. Agathæ fuisse dicitur hæc domus materna s. Gregorij, eãq; consecrauit ipse Pontifex, & quod fuerat ab Arrianis infecta inter consecrandum porcus niger, vt refert ipse s. Greg. fuit visus è templo inter pedes astantium egredi. Hic schola Gothorũ erat.

S. Laurentius in fonte, vel in carcere, est inter s. Pudentianam, & s. Petrum ad vincula, hic detenebitur in carcere s. Laurentius, & cum hic vellet baptizare s. Hyppolitum à se conuersum fons diuinitus erupit è terra qui etiamnum scaturire cernitur. Eius curam habent Fratres s. Petri ad Vincula.

S. Mariæ de Montibus. Hic est deuotissima imago B. Virginis miraculis clarissima, cœpit edere hæc miracula anno 1580.

26. Aprilis. Ab eo tempore à quo cœpit nunquã desijt frequentari, sed in dies aucta populi deuotio, erat enim fenile vbi diutius latuit inter fenum hæc deuotissima imago, donec placuit Beatiss. Virgini eam manifestare in suam & Dei gloriam, & plurimarum animarum salutem, nam locus non ita honeste incolebatur.

S. Pudentianæ. erat domus Pudentis Senatoris patris ss. virg. Pudentianæ, & Praxedis, vbi s. Petrus primum cum Romam venit fuit exceptus hospitio, & sacrum fecit in sacello ad latus aræ maioris. Hic celebrans in eodem sacello liberat animam è Purgatorio, & in sacello olim s. Pastoris cuius quondam erat titulus (dicebatur enim titulus Pastoris) est puteus in quem condiderunt sanguinem 300. saltem Martyrum. quem collegere sanctissimæ sorores Pudentiana, & Praxedes. In hoc eodem sacello quod postea egregie exornauit Henricus Card. Caietanus titularis huius ecclesiæ, olim celebrans sacerdos dubitauit de veritate corporis Christi in Eucharistia, quocirca ad declarandam veritatem tanti mysterij, hostia ex eius manibus elapsa seu prosiliẽs ad cornu aræ, deinde in terram, reliquit signa ac si fuissent sanguine infecta, visitur adhuc crate ferrea inclusum signum. Idem Card. Caietanus ecclesiã hanc eandẽ vt sacellum instaurauit, sacellũ sane est visendum lapidibus pretiosis, quam eandem ecclesiam iam olim à Pio j. consecratã instaurauit Simplicius. Hic dicebatut Vicus Patricius.

Est hic Statio feria iij. post Dom. 3. Quadrages. Estq; titulus Cardinalis. Habetq; quotidie Indulgentia annorum 3000. & totidem quadragenas ac 3. partem remissionis peccatorum. Sunt in eius cœmeterio ossa 300. martyrum. Superioribus annis fuit concessus locus Monachis s. Bernardi, qui sub initium Pontificatus Sixti v. Romam è Gallia appulere. Hic erant olim Thermæ Nouatiani, & Thimotinæ.

S. Viti in Macello, est prope arcum Galieni, diciturq; arcus s. Viti. Sunt hic ex Reliquijs eiusdem Sancti, vbi conficitur oleum quo curantur ij quos momorderunt canes in rabiem versi, vescentes pane in hoc oleo tincto, vel pane hic benedicto, & in lapide crate ferrea cincto occisi fuere innumerabiles sancti Martyres. quorum ingens numerus hic ad hunc arcum fuit mactatus. Habet in die s. Viti Indulgentiam 6. millium annorum & totidem quadragenas: estq; titulus Cardinalis.

S. Iuliani, sunt hic Reliquiæ eiusdem sancti, & s. Alberti, quorum meritis consecratur hic aqua salubris valde laborantibus febri, vel alia infirmitate. Est primus locus quem Romæ possiderunt

runt Fratres Carmelitæ. estq; sedes eorum Prouincialis nam Generalis residet ad s. Mariam Transpontinam. est hic deuotissima imago B. Virginis.

S. Eusebij è regione s. Iuliani. sunt hic aliqua sanctorũ corpora Eusebij, videlicet & Orosij presb. Vincentij Romani, & Pauli. Reliquiæ item ss. Andreæ, Matthæi, & Bartholomæi Apost. Stephani Papæ, & s. Helenæ. Est præterea hic pars freni Constantini confecti, ex vno è clauis D. Nostri, & de columna ad quam fuit flagellatus, & de eius monumento. Est hic statio feria vj. post Dom. 4. Quadrag. Incolunt Monasterium adiunctum Fratres Cœlestini qui ecclesiam instaurarunt, addito egregio choro affabrefacto è ligno inciso. Est titulus Cardinalis. Habet etiam suas quotidianas Indulgentias dicuntur esse 6454. & totidem quadragenæ.

S. Bibianæ, locus celeberrimus ob interfectos martyres ad Vrsum pileatum, ita enim locus olim nominabatur. nunc s. Bibianæ. Simplicius Papa ædificauit in via Lauicana, Honorius iij. instaurauit, & consecrauit in honorem istius Sanctæ, concessa Indulgentia trium annorum & totidem quadragenarum singulis annis in die consecrationis ecclesiam hunc visitantibus: incidit autẽ in diem 8. Martij qui tunc erat fer. vj. ante Dom. Pass. statuitq; celebrandam tertia die ante ipsam Dom. Passionis. Plantauit hic B. Bibiana herbam qua in puluerem redacta curantur morbo caduco laborantes. Est hic Cœmeterium inter duos lauros in quo sepulta fuere quinque millia Martyrum exceptis paruulis, & mulieribus. Habet Indulgentias amplas præcipue in die omnium Sanctorum quo dicuntur esse 6000. & quotidie 3000. In die s. Bibianæ exponitur eius caput argento inclusum.

S. Martini dicti in Montibus. est in monte Esquilino, ædificauit eam Constantinus Magnus, sed instaurauit, & s. Martino Episcopo dedicauit Simmacus papa. statuitq; super altare maius tabernaculum argenteum lib. 126. sunt hic Reliquiæ ss. Pontificũ Syluestri, Martini, Fabiani, Stephani, & Sotheris, Asterij quoque, Cyriaci, & aliorum, vt constat ex lapide inciso ad latus dextrum Chori quas huc transtulit ex Cœmeterio Priscillæ Sergius papa ij. cum ecclesiam hanc à fundamentis restituisset. Monasteriumq; construxit quod incolunt Fratres Carmelitæ, dedicauitq; hanc ecclesiam ss. Syluestro, & Martino Pont. s. Leo iv. eius successor pingendam curauit. Diomedes Card. Carafa iterum instaurauit. s. Carolus Card. Borromæus sub Pio iv. laqueari ornauit. Pa-

læottus Card. huius sancti Borrhomæi amicus Chorum restituit & templi ianuam. Leguntur hic carmina laudata quidem & cõposita à s. Damaso Papa. Habet stationem fer. v. post Dom. iv. Quadrag. quam ei restituit Paulus iv. Est titulus Cardinalis.

S. Praxedis non longe distat à s. Maria maiore. Est hic sub altari maiori corpus s. Praxedis. Est puteus item crate ferrea cinctus ad pedem ecclesiæ in quo est sanguis plurimorum ss. Martyrum spongia ab ipsa s. Praxede collectus. In sacello autem quod appellatur hortus paradisi, & libera nos à pęnis inferni est insignis illa reliquia nimirum pars columnæ ad quam D. N. fuit flagellatus Ioannes Cardinalis Columna Romam Hierosolymis asportauit. Sunt hic in altari condita corpora ss. Valentini, & Zenonis. In medio sacelli sub rotundo illo lapide condita sunt corpora ss. 40. Martyrum inter quos sunt vndecim Summi Pontifices, & hic celebrans liberat animam è Purgatorio quod cõcessit Paschalis ii. qui dicitur hic celebrasse 5. Missas pro anima defuncti, & vidisse postea illam deferri à B. Virgine in conspectũ omnipotentis Dei, vt testatur pictura antiquissima in sacelli pariete. Ille ipsemet Pontifex ecclesiam hanc dedicauit, & sub altari maiori corpus s. Praxedis collocauit, s. Carolus Card. Borromæus huius ecclesiæ titularis hic diutius incoluit, ecclesiamq; instaurauit, fuitq; exemplar alijs Cardinalibus in suis titulis idem faciendi. Est hic statio fer. ij. maioris hebdomadæ, & quotidie sunt hic Indulgentiæ annorum ducentorum millium, & totidem quadragenarum, præter remissionem tertiæ partis peccatorum. Alij aiunt esse duodecim millium. suntq; plurimæ aliæ Reliquiæ quæ in die Paschatis populo ostenduntur: inter quæ est vas plenum sanguine Martyrum ab ipsa Sancta collecto videturq; recens fusus. Incolunt Monasterium adiunctum Monachi Vallis vmbrosæ, qui dicunt originem à s. Ioanne Gualberto. est ecclesia parochialis. estq; lapis ad finem ecclesiæ in quo decubuit corpus s. Praxedis.

S. Antonij non procul hic distat, habet Indulgentiam plenariam ipso die s. Antonij, estq; eo die frequentissimus populi concursus, ducuntq; quotquot habent suos equos, mulos, & asinos, offeruntq; suas candelas, fitq; amplissima eleemosyna. Incolunt locum Fratres s. Antonij ex Vienna Galliæ Vrbe, habentq; hospitale quod vnà cum ecclesia extruxit Petrus Cardinalis Capocius. Hic quidam iurans falsum ad altare s. Antonij igne fuit consumptus qui vocatur vulgo s. Antonij, vt ex appensa tabella

conſtat. Superioribus annis eccleſiam inſtaurarunt, vitamq; s. Antonij picturis expreſſerunt.

S. Quirici. Eſt iuxta turrim Comitum. eſtq; titulus Cardinalis, habetq; ſtationem fer. iij. poſt 5. Domin. Quadrag. plurimasq; Reliquias; ſuperioribus annis fuit inſtaurata eleuato pauimento: eſt Collegiata.

S. Suſannæ. Eſt in Monte Quirinali, ſunt hic corpora eiuſdem ſanctæ, & Sabini eius patris, & Felicis ſororis condita in confeſſione, ſeu vt vocant martyrio egregio conſtructo à Cardinali Ruſticuccio, qui etiam Templũ hoc pulcherrime inſtaurauit. Adiunctum fuit Monaſterium Sororum s. Bernardi huic eccleſiæ tempore Sixti v. qui opus promouit, vt eius ſoror D. Camilla, & hodie proſequitur Card. Mons altus eius nepos. Camilla enim inſtituit hic ſacellum & reditibus auxit, ad collocandas etiã quotannis puellas nubiles. Eſt titulus Card. habetq; ſtationẽ ſabbatho poſt Dom. 3. Quadrag. Habetq; plurimas reliquias, & inter cæteras de ligno ſanctiſſ. Crucis. eſtq; parochia. Hic alta ſemita.

S. Vitalis eſt eccleſia antiqua, & ex titulis antiquioribus Cardinalium, ſed quoniam fuit tempore Clem. viij. eius conceſſus adiuncta Patribus Societatis Ieſu, quod adiaceat eorum Nouitiatui, fuit ei ablatus titulus, qui deinde Patres eccleſiam vetuſtate obductam eximie inſtaurarunt, picturisq; exornarunt, adiunctis Templo ianuis ob ſculpturæ artificium viſendis. Habet & ſuas Reliquias, & ſtationem fer. vj. poſt 2. Dom. Quadrag. Inſtaurauerat olim hanc eccleſiam Sixtus iv. Innocentius vero Primus dicitur eandẽ olim multis locupletaſſe reditibus exiſtimatur propterea loca circumiacentia poſſediſſe.

S. Andreæ eſt Templum Nouitiorum Patrum Soc. Ieſu, eſt hic corpus B. Stanislai Koſtkæ adoleſcentis nobilis Poloni, miraculis illuſtris, vt illuſtris olim genere & virtutibus. Habent ſuas quoque Reliquias.

S. Conſtantiæ. Diſtat miliare ab Vrbe via Numentana, erat olim templum Bacchi egregia forma rotunda duplici columnarum ordine conſtructa. Alexander iv. dedicauit eam eccleſiam s. Conſtantiæ virg. Conſtantini Imperatoris filiæ cuius virginis corpus hic fuit reconditum. Eſtq; hic ſepulchrum porphyretico ex lapide, vulgo dicitur Bacchi, opus viſendum. Duobus fere ab hinc annis quidam æger decumbens grauiter ſe virgini Conſtantiæ commendauit, & ſtatim priſtinæ fuit reſtitutus valetudini. ſane talem gratiam præſtitit illa quæ hic à s. Agnete lepra fuit libe-

liberata. Quam ob causam huic sanctiss. virg. Agneti Templum proximum construxit, vbi eius corpus, & s. Emerentianæ virg. est conditum, quæ tamen sacratissima corpora Cardinalis Sfrondatus qui ecclesiam instaurandam suscepit (cœptam instaurari ab Alexandro Cardinali Medices qui fuit Leo xj.) humo sustulit ad honorificentius ea condenda, vt ea recondidit anno superiori Paulus V. reposito corpore seu Reliquijs s. Agnetis in altari in capsa argentea à se instructa. Adiunctum Monasterium incolebãt olim Moniales, sed fuerunt in Vrbem translatæ. Hoc Templũ s. Agnetis construxit Constantinus petente Constantia eius filia. & hic Constantia Constantini eiusdem soror fuit baptizata.

S. Mariæ Angelorum. Est in monte Viminali, locus olim alta semita dicebatur. Hic in Thermis Diocletianis hanc ecclesiam dedicauit Pius iv. 5. Augusti 1561. in honorem B. Mariæ Virg. Angelorum, deditq; locum Pop. Rom. libentissime assentiente Monachis Carthusianis quos huc sancta Cruce in Hierusalem vbi prius habitabant transtulit, attributis huic eorum ecclesiæ ijsdem priuilegijs, stationibus, & Indulgentijs quibus ibi fruebantur in s. Cruce præter Indulgentiam plenariam quam concessit hanc eorum ecclesiam visitantibus diebus Natiuitatis B. Virginis, Purificationis, Assumptionis, & Dedicationis dictæ ecclesiæ. Est hic statio sabbatho post Dom. 3. Quadrag. quo eodem die est in s. Susanna. Est titulus Cardinalis. Ad has Thermas ædificandas 40. millia Christianorum incubuerunt 14. annis.

A Capitolio ad dexteram Montis versus.

S. Mariæ liberatricis, vel libera nos à pœnis inferni. hic fertur fuisse Draco qui pestifero suo flatu totam inficiebat Vrbem, sed occluso eius antro à s. Syluestro, & sanctissimo Crucis signo obsignato cessauit infectio. Idem s. Pontifex hanc deinde ecclesiam consecrauit, & quotidie concessit Indulgentiam 11. millium annorum eam deuote visitantibus.

S. Mariæ de Consolatione. Hic est deuotissima Imago B. Virginis è veteri loco in altare maius superioribus annis translata, quo eodem tempore ecclesia fuit instaurata. est hæc Imago miraculis illustris. Dicitur autem Consolationis, quod Beatiss. hæc Virgo consoletur ægrotos pro quibus habet ecclesia Hospitale cõiunctum, cui præsunt nobiles Romani, vbi potissimum curantur vulneribus affecti. Domin. 2. Iunij est in hac ecclesia Indulg. plenaria concessa à Sixto iv.

s. Ioannis Decollati. Hanc ecclesiam egregie constructā exædificauit natio Florentina. Hic est Sodalitas Misericordiæ ita appellata quod susceperunt sepeliendos omnes qui vltimo supplicio afficiuntur; quare etiam ipso die s. Ioannis decollati vnum tali supplicio condemnatum liberant à morte, quo etiam die est hic Indulgentia plenaria. Habent pulcherrimum Oratorium adiunctum pro eadem natione.

s. Eligius hic est Societas Fabrorum ferrariorum.

s. Anastasiæ: Est ex antiquioribus ecclesijs. Habet stationem ter in anno fer. iij. post Dom. 1. Quadrag. die Natalis Domini ad auroram, & fer. iij. post Penthec. Præter alias Reliquias est hic calix s. Hieronymi, cuius eiusdem sancti dicitur à quibusdam fuisse titulus. saltem videtur hoc in loco s. Doctor habitasse. Est titulus Cardinalis. paucis ab hinc annis eum instaurauit addita porticu, & facie ecclesiæ Cardinalis de Royas Archiepiscopus Toletan. eius titularis. Ibi legitur tabula Reliquiarum.

s. Maria in Porticu. Hic est deuotissima Imago B. Virginis, è cælo fertur Angelorum opera allata Gallæ Symmachi Patritij Romani ac Consulis filiæ lectissimæ, & pietate ac nobilitate claræ fœminæ, Ioanne j. sanctissimo viro qui imaginem reuerenter suscepit, Gregorius deinde vij. hanc Gallæ eiusdem ædem consecrauit, imaginemq; in altari reposuit. Obtinuerunt hanc ecclesiam paucis ab hinc annis presbyteri gregatim viuentes, qui Luca in Vrbem aduenerunt, qui etiam duobus circiter ab hinc annis ecclesiam B. Virg. Assumptæ dedicatam instruxerunt prope montem Quirinalem retro fontem aquæ virginis, & anno superiore susceperunt instituendam iuuentutem Scholæ piæ ita appellatæ, quod gratis absque mercede pueros præcipue tenues instituant. Incœperat opus pium aliquot ante annos probus iuuenis M. Antonius de Archangelis qui è Scholis Collegij Romani prodierat, adhibita opera aliquot piorum virorum. est opus sane laudandū, vtileq; Vrbi futurum.

s. Gregorij olim s. Andreæ; est locus visendus ob pietatem istius sanctissimi Pontificis, qui hic in Monasterio s. Andreæ Monachus fuit. fertur fuisse domus eius paterna. Est hic mensa ad quam Angelum loco cuiusdam pauperis ad prandium adhibuit. Loca hæc vbi ista pietatis opera acciderunt distinxit, & egregie instruxit pijssimus, & antiquitatis ecclesiæ studiosus Cardinalis Baronius, cum ante eum Card. Saluiatus cœpisset locum instaurare. Successit Baronio, qui modo loco præest, Card. Burghesius,

is

is locum egregie etiam exornare prosequutus est. Est in hac ecclesia altare in quo s. Gregorius celebrans liberauit animam è Purgatorio, quocirca celebris est hæc ecclesia mortuorum suffragijs, & tota octaua diei fidelium Defunctorum à maxima populi frequentia inuisitur. estq; plenaria peccatorum remissio & Indulgentia. Præter alias Reliquias habent brachium s. Gregorij, & tybiam s. Pantaleonis mart. Monasterium incolunt Monachi Camaldulenses qui tamen ob aeris nunc inclementiam, non ibi perpetuo degunt, sed habent locum intra Vrbem s. Antonio sacrum.

ss. Ioannis, & Pauli. est in monte Cælio. Sunt hic corpora eorundem ss. martyrum Ioannis & Pauli, quæ anno 1573. instaurante ecclesiam Illustriss. Card. Nicolao de Pelue eius titulari reperta fuere in pariete è regione aræ in medio, & iussu Greg. xiij. qui ea inuisit collocata fuere in ara noua relictis in pariete capitibus. Sunt præterea corpora ss. plurimorum vt ibi videntur descripti. Est præterea lapis in quo decollati fuere hi sancti, & plurimæ aliæ reliquiæ nimirum ss. Stephani, Syluestri, Nicolai, Chrisanti, & Dariæ, &c. Instaurarunt eandem ecclesiam Card. Antonius Caraffa, & postea Augustinus Cusanus, qui addidit laquear. Est titulus Cardinalis, & est statio fer. vj. hebdom. 1. Quadrages. Hic locus est iuxta Curiam Hostiliam.

S. Maria in Domnica. Est titulus Cardinalis. denominatur etiam à Nauicula, quæ cernitur ante ianuam templi. Est hic statio Dom. 2. Quadrages. in Cælio monte est sita.

S. Stephani rotundi, ita dicta à rotunditate Templi, est in monte Cælio. fuit olim templum Fauni. Simplicius j. dedicauit s. Stephano protomart. Instaurauit Nicolaus v. est titulus Cardinalis. & statio est hic fer. vj. post Dom. 5. Quadrag. & ipso die s. Stephani. sunt hic corpora ss. Primi, & Feliciani, & ex reliquijs plurimarum Sanctorum. Erat olim Fratrum Heremitarum s. Antonij Magni Hungarorum, quibus deficientibus, Greg. xiij. vniuit Collegio s. Apollinaris Germanico. quod voluit propterea appellari Collegium Germanicum, & Hungaricum. P. Michael Lauretanus primus huius Collegij Rector, vir Ecclesiasticæ antiquitatis amantissimus martyria hic ss. Martyrum ab initio nascentis ecclesiæ circumquaque depingenda curauit.

S. Georgij. Est hic statio fer. v. post Cineres 2. Quadrages. estq; titulus Cardinalis. & est hic item caput s. Georgij, & ferrum linceæ cum parte eius vexilli, & plurimæ aliæ reliquiæ.

S. Sixti, non longe distat à s. Gregorio, fuit ecclesia hæc dota-

ta ab Innocentio iv. estq; titulus Card. Est hic statio fer. iv. post Dom. 3. Quadragesimæ: suntq; hic corpora ss. Pontificum & mart. Sixti, Zephirini, Lucij j. & ij. ss. item Luciani, Feliciani, Antheri, Maximiani, Iulij, Paternij, & Bacocerij; sunt præterea multæ reliquiæ, vt de capillis B. Mariæ Virg. de veste s. Dominici, qui & ipse hoc Monasterium incoluit. De velo, & mamilla s. Agathæ: de Reliq. s. Martini, Agapiti, Andreæ, Petri, Laurentij, & Stephani, & plurimorum aliorum. Est hic imago B. Virginis vna ex ijs quas fertur s. Lucas depinxisse. Incolunt Monasterium Patres Ord. s. Dominici, quod habuerunt iam ab ipso tempore s. Dominici qui etiam hic aliquot edidisse dicitur miracula. Incoluerunt aliquando Moniales eiusdem Ordinis: Est locus visendus ob deuotioné etiã talis Sancti, & Patriarchæ Ord.

S. Sabinæ olim templum Dianæ: est in monte Auentino, estq; titulus Cardinalis: est statio prima die Cinerum antiquissima instituta à s. Gregorio Papa stationum promotore, si non institutore; tẽpore Cœlestini eam presbyter Illyricus Paulus nomine instaurauit. Ferunt fuisse domum ipsius s. Sabinæ: tẽpore Honorij iij. fertur hic habitasse Pontifex, & ædes has seu Palatio suum dedisse Honorius idem s. Dominico, cuius etiam Ordinem confirmauit: sunt hic corpora ss. Sabinæ, Alexãdri, Euentij, & Theoduli, plurimæq; aliæ Reliquiæ vt coronæ Domini, arundinis pars qua Caput eius fuit percussum. De veste s. Dominici, de sepulchro B. Virginis, pars crucis s. Andreæ, costa vnius Innocentis; de reliq. Apost. Petri, & Pauli, Bartholomæi, Matthæi, Philippi, Iacobi, ss. Ioannis Chrysostomi, Cosmæ, & Damiani, Apollinaris, Stephani protomart., Laurentij, Vrsulæ, Margaritæ, Christophori, Hieronymi, Iuliani, Gregorij papæ, Martini, Sebastiani, Cæciliæ, Catherinæ, Antonij Abb. s. Mariæ Ægyptiacæ, & de particula s. Crucis in cruce inclusa. Lapis autem ille niger appensus ad altare maius iniectus fuit à dæmone in s. Dominicum orantem ibidem, sed absque læsione vlla Sancti fuit confractus: Est item hic arbor malorum aureorum ab ipso s. Dominico plantata, cuius folia in die Cinerum, quando hic est statio, & alias plurimis ex deuotione distribuuntur. Hic etiam in hoc Templo sacellum exædificauit egregium Fr. Hieronymus Bernerius Cardinalis Asculanus, nam à Priore huius Monasterij fuit in Cardinalem à Sixto v. assumptus petente Cardinale Alexandrino Pij v. nepote. Monasterium incolunt Fratres s. Dominici ex Congregatione Lombardiæ.

S. Alexij. est in eodem monte Auentino olim dicebatur s. Bonifacij cuius hic corpus, vt Hermetis mart. est reconditum sub altari maiori. Fuit hæc ipsa domus paterna s. Alexij: seruant adhuc scalam sub qua in propria domo suis incognitis delituit 17. annis. Est præterea deuotissima hic imago quæ dicitur Edessæ cũ ibi peregrinatur idem s. Alexius, allocuta ianitorem vt ecclesiam Beato eidem ingredi cupient aperiret. Frequentius enim ipse Sanctus ad hanc eandem imaginem preces fundebat. Est hic plenaria Indulgentia ipso die s. Alexij, & quotidie 100. annorum, totidemq; quadragenarum. Incolunt Mocasterium adiunctum Fratres s. Alexij.

S. Priscæ. Est in monte Auentino eodem, fuit hic olim tẽplum & ara Herculis ab Euandro constructa. Dicitur hic etiam habitasse s. Petrus, & docuisse, & baptizasse Christianos, qui idem Apostolus etiam hic s. Priscam virg. & mart. baptizauit. fere vetustate collapsam reædificauit Calixtus iij. sed anno Iubilæi magnificentissime eam instaurauit, vt videmus addita habitatione commoda Benedictus Cardinalis Iustinianus cuius erat titulus. Est hic statio fer. iij. maioris hebdom. Requiescunt hic corpora ss. Priscæ eiusdem, & Aquiliæ eius matris, & Aquili presbyteri & martyris. Est præterea stola s. Petri, & vas quo baptizauit s. Priscam, & alios Christianos, historiam sacram huius Templi complectuntur carmina ibi descripta.

S. Sabæ Abbatis. Est in eodem monte, fuit olim Abbatia, hodie est vnita Collegio Germanico s. Apollinaris. Est hic fons vbi est scapularium s. Sabæ vnde emanat mira virtus sanandi præter alias infirmitates fluxum sanguinis. Est hic sepulchrum in quo fuere condita corpora Imperatorum optimorum patris, & filij, (quibus tantum deerat, quod est totum, vera Christi cognitio) Vespasiani videlicet, & Titi, hic dicebatur delitiæ Pop. Romani. Habitabat hic quoque B. Syluia s. Gregorij mater, ipso habitante, vt supra vidimus ad s. Andreæ.

S. Balbina. Est in eodem monte, & fuit à s. Gregorio consecrata, estq; titulus Cardinalis. Est hic statio fer. iij. post Dom. 2. Quadrages. & quotidie sunt Indulgentiæ septem annorum: suntq; hic corpora s. Balbinæ, & s. Quirini, & quinque aliorum Sanctorum quorum nomina sunt in libro vitæ. Est Capituli s. Petri in Vaticano.

S. Ioannis ante portam Latinam. est iuxta hanc portam, estq; titulus Cardinalis, & statio est hic sabbatho post Dom. Passionis,

idest post 5. Dom. Quadrag. at 6. Maij qui est dies quo s. Ioannes fuit in feruens oleum iniectus, hic vbi est sacellum illud rotundũ, vel secundum alios, vbi est ipsa ecclesia, est hic Indulgentia plenaria, estq; Capituli s. Io. Lateranen.

S. Anastasij, est extra Vrbem via Ostiensi prope eum locum vbi s. Paulus fuit decapitatus.. fuit hæc ecclesia consecrata ab Honorio j. anno 621. præsentibus 21. Cardinalibus: suntq; hic capita ss. Vincentij, & Anastasij mart. cuius etiam s. Anastasij seruatur hic antiquissima imago eius capitis recisi formam pictura exprimens: imago omnino visenda ob antiquitatem, nam eiusdem meminit 7. Concilium Generale contra Iconomachos. Et nos possumus eam quoque adducere contra modernos nostros Iconomachos. Hoc loco habitauit s. Bernardus, & huius Monasterij Abbas eiusdem Ord. s. Bernardi fuit assumptus olim in Romanum Pontificem Eugenium iij. ad quem s. Bernardus scribit libros de Consideratione.

Et cum hæc s. Bernardus in altari Templi proximi qui dicitur Scala Cæli celebraret, liberauit animam è Purgatorio. Vbi sub altari seruantur ossa ss. Zenonis, & sociorum decem millium Martyrum, qui hic fuere martyrio coronati, & candela accensa immissa per crates ferreas eadem hæc ossa cernuntur maxima deuotione inspicientium, locum instaurauit Card. Aldobrandinus, qui etiam instaurauit locum proximum vbi sunt tres fontes, dicuntur erupisse ad tres saltus capitis præcisi s. Pauli. Aqua dicebatur etiam olim Saluia, quæ primum forte vno, post tribus locis erupit. Est aqua salubris & ex pietate potatur. Est hic etiam columna in qua fuit s. Pauli caput amputatum. Saluia erat familia quædam.

In ecclesia s. Anastasij est in eiusdem die Indulgentia plenaria, & quotidie sunt Indulgentiæ sex millium annorum. Et in loco dicto Scala Cæli, est quotidie decem millium annorum Indulgentia.

S. Mariæ Annunciatæ: hæc ecclesia cum superiore s. Anastasij additur septenario numero ecclesiarum, & visitantes has duas cum septem dicuntur visitare nouem ecclesias quas plurimi visitant. Curam habet huius ecclesiæ Societas Confalonis. Consecrata fuit anno 1220. 9. Augusti. In die Annunciationis est hic Indulgentia plenaria, & quotidie est decem annorum. Vbi autem cernitur crux illa sunt corpora decem millium Martyrum.

INDVLGENTIAE, FESTA, & Stationes Ecclesiarum Vrbis per totum Annum.

IN IANVARIO.

1 Die Circumcisionis Domini. In s. Maria Transtyberina ad Fontem Olei. In s. Maria Maiore. In Aracœli. In s. Marco, & etiam in s. Io. Laterano.
6 Die Epiphaniæ Domini. In s. Petro estq; Capella Papalis. In s. Maria Maiore, & in s. Spiritu in Saxia.
7 In s. Iuliano.
10 In die s. Pauli heremitæ, in ecclesia Trinitatis.
13 Octaua Epiphaniæ, in s. Petro, & s. Marco, concessa à Paulo II.
16 In die s. Marcelli Papæ, in sua ecclesia.
18 In Cathedra s. Petri Romæ, Paulus IIII. cōcessit anno 1557. ostenditur Cathedra s. Petri. Estq; Capella Papalis eodem die in s. Prisca.
20 Ad s. Sebastianum.
21 Ad s. Agnetem.
22 In die ss. Vincentij, & Anastasij. ad tres fontes.
23 In Conuersione s. Pauli, ad s. Paulum.
27 In die s. Io. Chrysostomi, ad s. Petrum.
31 Ad s. Crucem in Hierusalem, hic ponitur Remissio Trium fontium.

MENSE FEBRVARIO.

1 In die s. Brigittæ, in eius ecclesia.
2 In Purificatione B. Mariæ Virginis, ad s. Mariam Maiorem, ad s. Mariam Angelorum, ad B. Virginem de Montibus, ad s. Mariam in via lata, ad s. Mariam de Pace, & ad s. Mariā populi, perq; totam octauam concessit hic Sixtus iiij.
3 Ad s. Blasium.
4 Ad s. Agatham.
9 Ad s. Apolloniam, & in s. Augustino, collocantur puellæ nubiles.
22 In Cathedra s. Petri Antiochena, ad s. Petrum ostenditur Cathedra, estq; tota die exposita, vt in Romana.

24 In

24 In die s. Matthiæ Apoſtoli, ad s. Mariam Maiorem.
26 In die s. Conſtantiæ, in eius eccleſia apud s. Agnetem.

IN MENSE MARTIO.

7 In die s. Thomæ Aquinatis, in Templo B. Mariæ Virginis ſuper Mineruam celebratur Capella coram Collegio S.R.E. Cardinalium, & habetur Oratio in laudem s. Thomæ à Patribus ſui Ordinis.
12 In die s. Gregorij, in s. Petro, & in eiuſdem s. Gregorij eccleſia.
20 Eſt dedicatio Templi s. Crucis in Hieruſalem, conceditur mulieribus tantum ingredi in ſacellum s. Helenæ.
25 In die Annunciationis ſunt Indulgentiæ pluribus in locis eiusq; eccleſijs, præſertim in eccleſia s. Mariæ ſuper Mineruam ad quam Pontifex vadit ſolennia equitatur cum omnibus Cardinalibus, & habeturq; ibi Capella Papalis, dotantur plurimæ puellæ ab ipſa Sodalitate Annunciatæ, quibus ipſe Pontifex porrigit crumenam.

MENSE APRILI.

2 Ad s. Mariam Ægyptiacam.
3 Ad s. Pudentianam.
5 Ad s. Vincentium ex Ord. Prædicatorum.
23 Ad s. Georgium, & ad s. Petrum.
25 In die s. Marci, ad s. Petrum Litaniæ maiores, & Proceſſio omnium Ordinum à s. Marco ad s. Petrum.
28 Ad s. Vitalem, & ad s. Marcum.
29 In Templo s. Mariæ ſupra Mineruam habetur Capella Cardinalium Sancti Officij in feſto s. Petri Martyris Ord. Prædic. Inquiſit.

IN MENSE MAIO.

1 Ad ss. Apoſtolos.
3 Ad s. Crucem in Hieruſalem, & ad Oratorium s. Marcelli, Eodem die eſt conſecratio Eccleſiæ s. Mariæ ad Martyres, vulgò Rotundæ.
4 In die s. Monicæ, ad s. Auguſtinum.
6 In die s. Io. ante Portam Latinam, in eius eccleſiam, & ad s. Ioannem Lateranum.
8 In Apparitione s. Michaelis Archangeli, in eius eccleſijs. In die Tranſlationis s. Hieronymi, ad s. Mariam Maiorem.
11 ss. Nerei, Achillei, & Pancratij mart. ad eorum eccleſias.
19 Ad s. Pudentianam.

20 In die s. Bernardini, ad Aram cœli, & ad s. Mariam in Campo Carleo.
21 In die s. Helenæ, in eius sacello.

IN IVNIO.

Secunda Dominica huius mensis ad s. Mariã de Cõsolatione.
2 Ad s. Marcellinum, & Petrum.
11 Ad s. Barnabam Apostolum, in Regione Transtyberina.
13 In die s. Antonij de Padua, ad s. Mariam Aræcæli, & ad s. Antonium Lusitanorum, & præterea ad Ecclesias eius Ordinis.
15 In die s s. Viti, Modesti, & Crescentiæ, ad s. Vitum in Macello.
25 In die s. Io. Baptistæ, ad s. Io. Lateranum.
28 In vigilia s s. Petri, & Pauli, ad s. Petrum.
29 In die eorundem Apostolorum, ibidem. Estq; Capella Papalis.
30 In commemoratione s. Pauli, ad s. Paulum.

IVLIO MENSE.

2 In visitatione B. Mariæ, ad Populum, ad Pacem, & ad Beatissimam Virginem Montium.
14 Die s. Bonauenturæ, ad Capuccinos.
15 s. Quirici, ad eius ecclesiam prope Turrim Comitum.
17 s. Alexij, in eius ecclesia in Monte Auentino.
20 s. Margarita, in eius ecclesia in Regione Transtyberina.
21 s. Praxedis, in eius ecclesia prope s. Mariam Maiorem.
22 s. Mariæ Magdalenæ, in eius ecclesijs maximè ad Conuertitas, & in s. Celso prope Pontem Ælium.
23 s. Apollinaris, in eius ecclesia.
25 s. Iacobi Apostoli, in eius ecclesia.
26 s. Annæ, in eius ecclesia.
27 s. Pantaleonis, in eius ecclesia.
29 s. Marthæ, è regione Collegij Romani.
30 s s. Abdon, & Sennen, ad s. Marcum.

MENSE AVGVSTO.

1 s. Petri ad Vincula, in eius ecclesia ad Vincula, & ad s. Petrum in Carcere, & per octauam.
2 Inuentionis s. Stephani protomart. ad s. Laurentium extra muros.
4 s. Dominici, ad s. Mariam ad Mineruam, & in ecclesijs eius Ordinis.

5 s. Mariæ ad Niues, ad s. Mariam Maiorem, ad s, Mariam Angelorum, & ad s. Mariam Montium.
6 Transfigurationis Domini, ad s. Io. Lateranum.
10 s, Laurentij, ad s. Laurentium extra muros, & in alijs eius ecclesijs.
12 s. Claræ virg. ad s. Syluestrum prope arcum Portugalliæ, & in ecclesijs eius Ordinis.
15 Assumptionis B. Mariæ Virginis, ad s. Mariam Maiorem Rotundam, Aracœli, Angelorum, & Montium.
16 s, Rochi, in eius ecclesia ad ripam minorem.
19 s. Ludouici episcopi, qui fuit Ord. s. Francisci, ad s. Mariã Aracœli, & in ecclesijs eius Ordinis.
22 In oct. Assumptionis, ad s. Mariam in Regione Transtyberina.
25 s. Bartholomæi Apostoli, in eius ecclesia, & per octauam.
s. Ludouici Francorum Regis, in eius ecclesia.
28 s, Augustini, in eius ecclesia, & ad s. Mariam de populo.
29 Decollationis s, Iō. Baptistæ, ad s. Ioannem Lateranum, & ad s. Io. decollatum.

SEPTEMBRI.

1 s. Aegidii, ad Portam Angelicam.
8 Natiuitatis B. Mariæ Virginis, ad s. Mariam Maiorem, ad s. Mariam Rotundæ, ad s. Mariam Aracœli, ad s. Mariam in via lata, ad s. Mariam pacis, ad s. Mariam populi, ad s. Mariam Lauretanam.
10 s. Nicolai Tolentinatis, ad s. Mariam populi, & ad s. Augustinum.
14 Exaltationis s. Crucis, ad s. Crucem in Hierusalem.
Feria 4. post hoc Festum exaltationis.
20 s. Eustachij in eius ecclesia.
21 s. Matthæi Apostoli, in eius ecclesia.
28 ss. Cosmi, & Damiani, in eius ecclesia.
29 s. Michaelis, in eius ecclesia.
30 s. Hieronymi, in eius ecclesia, & ad s. Mariam Maiorem vbi est eius corpus.

OCTOBRI.

4 Die s. Francisci, ad s. Franciscum in Transtiberina.
18 s. Lucæ, in Aracœli. & in s. Martina, in foro boario, vulgò campo vaccino.
28 s s. Simonis, & Iudæ, ad s. Petrum.

NOVEMBRI.

1 Omnium Sanctorum, ad s. Mariam Rotundam, & per octauam, estq; Capella Papalis.
In die omnium fidelium defunctorum, ad s. Gregorium, & per octauam.
8 ss. Quatuor Coronatorum, ad eorum ecclesiam.
9 Dedic. Basilicæ saluatoris, ad s, Io. Lateranum.
10 s. Triphonis, ad s. Augustinum.
11 s. Martini, ad s. Martinum in montibus,& ad s. Petrum.
18 Dedicationis Basilicæ ss. Apostolorum Petri,& Pauli, ad s. Petrum, & ad s. Paulum.
21 Præsentationis B. Virginis, ad s. Mariam Maiorem.
22 s. Cæciliæ, ad eius ecclesiam.
23 s. Clementis, ad eius ecclesiam.
24 s. Chrisogoni, in eius ecclesia Transtiberim.
25 s. Catherinæ virg. & mart. in eius ecclesia.
30 s. Andreæ Apostoli, ad s. Petrum, & in eius ecclesijs.

DECEMBRI.

2 s. Bibianæ, in eius ecclesia, ad vrsum pileatum.
4 s. Barnabæ, in eius ecclesia.
5 s. Sabæ, in eius ecclesia.
6 s. Nicolai, ad s. Nicolaum in carcere.
7 s. Ambrosij, in eius ecclesijs.
8 Conceptionis B. Mariæ Virginis, ad s. Mariam Aracœli, ad s. Mariam de populo, ad s. Mariam pacis, & ad B. Virginem Montium, & ad Campum sanctum.
13 s. Luciæ virg. & mart. in eius ecclesijs.
21 s. Thomæ, in Parione in eius ecclesia.
29 s. Thomæ Cantuarien. in eius ecclesia.
31 s. Syluestri, in eius ecclesia.

Stationes Aduentus.

Prima Dominica Aduentus, ad s. Mariam Maiorem.
Secunda Dominica Aduentus, ad s. Crucem in Ierusalem, & ad s. Mariam Angelorum.
Tertia Dominica Aduentus, ad s. Petrum.
Feria quarta quatuor Temporum Aduentus, ad s. Mariã Maiorẽ.
Feria sexta, ad ss. Apostolos.
Sabbatho, ad s. Petrum.

Quar-

Quarta Dominica Aduentus, ad ss. 12. Apoſtolos.
In Vigilia Natiuitatis Domini, ad s. Mariam Maiorem.
In die Natiuitatis Domini, in prima Miſſa noctu, ad s. Mariam Maiorem, ad Præſepe.
In ſecunda Miſſa, ad s. Anaſtaſiam.
In tertia Miſſa, ad s. Mariam Maiorem.
S. Stephani, ad s. Stephanum, in Cœlio monte.
s. Ioannis, ad s. Mariam Maiorem.
ss. Innocentum, ad s. Paulum.
In Epiphania Domini, ad s. Petrum.
Dominica Septuageſimæ, ad s. Laurentium extra muros.
Dominica Sexageſimæ, ad s. Paulum.
Dominica Quinquageſimæ, ad s. Petrum.

Stationes in Quadrageſima.

Feria 4. Cinerum, ad s. Sabinam, eccleſiam Ord. Prædicatorum habetur Capella Papalis, & ipſe Pontifex dat Cineres.
Feria 5. ad s. Georgium.
Feria 6. ad s. Ioannem & Paulum.
Sabbatho, ad s. Triphonem.
Dominica 1. Quadrageſimæ, ad s. Ioannem in Laterano.
Feria 2. ad s. Petrum ad vincula.
Feria 3. ad s. Anaſtaſiam.
Feria 4. Quatuor temp. ad s. Mariam Maiorem.
Feria 5. ad s. Laurentium in Paneperna.
Feria 6. ad ſanctorum 12. Apoſtolos.
Sabbatho ad s. Petrum.
Dominica 2. Quadrageſimæ, ad s. Mariam Maiorem.
Feria 2. ad s. Clementem.
Feria 3. ad s. Balbinam.
Feria 4. ad s. Cæciliam.
Feria 5. ad s. Mariam Tranſtyberim.
Feria 6. ad s. Vitalem.
Sabbato ad ss. Petrum, & Marcellinum.
Dominica 3. Quadrageſimæ, ad s. Laurentium extra muros.
Feria 2. ad s. Marcum.
Feria 3. ad s. Pudentianam.
Feria 4. ad s. Sixtum.
Feria 5. ad ss. Coſmum, & Damianum, hoc die poſt Veſpe-
ras

ras aperiũtur Imagines s. Mariæ de Populo, & s. Mariæ Pacis.
Feria 6. ad s. Laurentium in Lucina.
Sabbatho, ad s. Susannã, frequentatur item s. Maria Angelorum.
Dominica 4. Quadragesimæ, ad s. Crucem in Hierusalem, & aperitur Imago B. Virginis ad s. Augustinum.
Feria 2. ad ss. Quatuor Coronatos.
Feria 3. ad s. Laurentium in Damaso.
Feria 4. ad s. Paulum.
Feria 5. ad s. Martinum in Montibus. nimirum ad s. Syluestrum, & s. Martinum.
Feria 6. ad s. Eusebium.
Sabbatho, ad s. Nicolaum in carcere.
Dominica Passionis ad s. Petrum.
Feria 2. ad s. Chrisogonum.
Feria 3. ad s. Cyriacum.
Feria 4. ad s. Marcellum.
Feria 5. ad s. Apollinarem.
Feria 6. ad s. Stephanum in Cælio monte.
Sabbatho, ad s. Ioannem ante portam Latinam.
Dominica Palmarum, ad s. Ioannem Lateranum: & tempore Vesperum aperitur B. Virgo Aræ cæli, & ita patet per totam octauam Paschatis.
Feria 2. ad s. Praxedem.
Feria 3. ad s. Priscam.
Feria 4. ad s. Mariam Maiorem: & hodie ante Missam ostendetur Vultus sanctus in s. Petro,
Feria 5. ad s. Io. Lateranum. Pontifex lauat pedes 12. pauperibus, publicaturq; Bulla Cœnæ Domini.
Feria 6. maioris hebdomadæ, ad s. Crucem in Hierusalem, & ad s. Mariam Angelorum.
Sabbatho sancto, ad s. Io. Lateranum singulis his tribus diebus officia diuina peraguntur in Capella Palatij Pontifici præsente.
Dominica Resurrectionis, ad s. Mariam Maiorem. Pontifex celebrat solenniter in altari s. Petri. Celebrat autem ter in anno solenniter hoc die, & die Natalis Domini, & ss. Apostolorum Petri, & Pauli.
Feria 2. Paschatis, ad s. Petrum: estq; Capella Palatina.
Feria 3. ad s. Paulum, estq; Capella.
Feria 4. ad s. Laurentium extra muros.
Feria 5. ad ss. duodecim Apostolos.

Feria 6. ad s. Mariam Rotundam.
Sabbatho, ad s. Ioannem Lateranum.
Dominica in Albis, vltima ſtatio, eſt ad s. Pancratium.

Dux Romanus, nimirum qui poſſet ducere aduenas per Vrbem ad viſenda antiqua Vrbis monumenta.

QVidam varie iter ſuum inſtituunt,nos iter noſtrum ingrediemur à Ponte, vulgo s. Angeli, olim pons Ælius ab Imperatore Ælio Hadriano qui eum conſtruxit, vt Caſtrum s. Angeli, quod moles Hadriani dicebatur conſtruxerat enim hic Imperator hanc molem, vt eſſet Mauſoleum, ſeu ſepulchrum ſuo corpori condendo ſuisq; Antoninis. Hic tempore s. Gregorij peſte Romę graſſante viſus fuit s. Michael Archangelus idcirco ab eo Caſtrũ s. Angeli vulgo nuncupatur. Vocabatur & Caſtrum Creſcentij.

Hinc ex Ponte ad Hoſpitale s. Spiritus videbis veſtigia pontis triumphalis per quem triumphantes in Capitolium ingrediebantur. Via autem triumphalis iuxta s. Petri excurrebat, iuxta quã ex antiquis monumentis s. Petrus fuit ſepultus, eratq; hinc proxima Naumachia, Hortis, & Circus Neronis, ex quo circo Sixtus V. obeliſcum tranſtulit in forum s. Petri quem omnes tranſeuntes aſpiciunt ſimul, & ſuſpiciunt, & merito quod vnus repertus fuit integer, dicitur eſſe 72. pedes altus, vt nunc glorioſe fert Chriſti crucẽ, ſic olim ferebat cineres Cæſaris inaurata ſphæra incluſos.

Poſt hæc videbis ſuſcipiendum s. Petri Templum ædificium, à Bramante egregio architecto adumbratum, à Michaele Angelo Bonarota ad commodiorem formam redactum, ſi poteris, ingredieris in hortum Pontificis dictum Beluedere, ibiq; videbis egregias ſtatuas, maxime illas celebres Laocoontis, & Cleopatræ.

His viſis retrocede ad dexteram, & cum per portam S. Spiritus fueris egreſſus, ad dexteram reſpice, videbisq; montem Ianiculum,qui à s. Honuphrio protenditur vſque ad s. Petri in monte Aureo, huic Circus Iulij Cæſaris ſubiacebat, locum facile agnoſces ex monte Aureo, ſeu s. Petri vulgo Montorij; Montorium corrupto vocabulo à monte Aureo nominatur.

Si viam rectam à porta S. Spiritus tenueris peruenies ad S. Mariam Tranſtyberinam, quæ eccleſia olim fuit Taberna meritoria, vbi milites emeriti pio Pop. Rom. impendio alebantur. Ad altare maius videbis Olei Fontem, ex quo naſcente Chriſto, dicitur oleum integro die manaſſe.

Hinc

Hinc ad dexteram progredere ad Tiberis Ripam, ibiq; reſpice omnes hortos, domos, & eccleſias, & facile agnoſces locum Naualis Pop. Rom.

Hinc poſtea ad læuam reperies Inſulam Tiberinam, olim Licaoniam dictam, videbisq; referre figuram triremis, vel nauis oblongæ. Hic olim vbi nunc Templum S. Bartholomæi, erat Iouis Licaonij templum à quo inſula dicebatur Licaonia, & vbi nunc eccleſia eſt S. Ioannis Callibytæ erat Aeſculapij templum, cui inſula fuit ſacra.

Horum Pontium per quos ingredimur in inſulam, vnus dicebat Ceſtius, alter Fabricius, dicitur vulgo Pons quatuor capitum à ſtatua quatuor capitibus ibi poſitis.

Hinc cum inſulam tranſieris progredere ad dextram, reperiesq; Pontem in medio, inundante nuper Tyberi ruptum, Pons Senatorius dicebatur, nunc S. Mariæ, olim ruptum Greg. xiij. refecerat, nunc ſperatur vt aliquando ad commoditatem Vrbis inſtauretur quod vtinam fiat.

Huic è regione videbis Palatium dicitur vulgo fuiſſe Pilati, ſed poſtea Nicolai Rentij, illius qui tempore Pontificum in Gallia, Vrbi præfuit nomen eius inſcriptio ianuæ indicat hoc diſticho. *Vos qui tranſitis ſecus optima tecta Quiritis, Hac template domo quis Nicolaus homo.* Paululum progrediens reperies templum Fortunæ virilis, nunc S. Mariæ Aegyptiacæ, è regione ex altera parte Templum S. Stephani, quod dicitur fuiſſe etiam Veſtæ, alij volunt fuiſſe Auroræ.

Hinc non procul eſt Téplũ S. Mariæ in Coſmedin, vulgo Schola Græca appellatũ. Hic s. Auguſtinus docuit Rhetoricã, vt dicitur: Eſt hic in porticu lapis marmoreus figura rotunda, facie expreſſa ad modũ Lunę, os veritatis vulgo appellabatur; ſed eſt Cloacęos.

Hinc digrediens reperies veſtigia aliquot in flumine Pontis Sublicij, vbi Horatius Cocles Thuſcos ſtrenue pugnando detinuit, donec ſui pontem effringerent quo effracto ipſe in Tyberim deſiliens ad ſuos tranauit.

Vlterius recta procedens ad portam Oſtienſem, nunc s. Pauli, vbi vineæ illæ omnes ad dextram, erant horrea ampliſſima.

De monte Teſtaceo, alijsq. rebus.

PRogrediens portam verſus reperies pratum latiſſimum, vbi à Romanis celebrabantur ludi Olympici, hicq; videbis mon-

tem vulgo Testaceum, à testis quæ montem hunc confecerunt ita dictum, figuli enim hic prope habitasse dicuntur à quibus hæc fragmenta, & testæ proijciebantur.

Contiguam deinde videbis cum Porta pyramidem dicitur esse sepulchrum Cæstij, cuius nomen præfert.

Hinc à Porta s. Pauli flecte ad læuam quæ via te ducet ad s. Gregorium, hic ad latus in digressu huius viæ videbis locum oblongum amplissimum figura ouata, vbi nunc sunt horti, erat hic Circus Maximus, vbi Romani varia edebant spectacula, ludosq; prælia terrestria, item & naualia, bigarumq; cursus, capiebat spectantes, & commodè sedentes 2060. tam Patricijs, quàm Equitibus Romanis sua erant designata loca, à Tarquinio Prisco.

Hic in capite fere viæ Appiæ adhuc extabat prope s. Gregorium vestigium Septizonij habebat altitudinem septem ordinum columnarum, cum opus adhuc esset perfectum, nunc restabat altitudo solum trium sibi inuicem impositarum. Deijciendum curauit Sixtus v. lapidibus enim indigebat ad alia ædificia, erat mirandum opus, memini me vidisse cum staret.

De Thermis Antonianis, alijsq.

PAululum si progressus fueris recta versus s. Sebastiani portam, videbis Thermas, vulgo Antonianas. Antoninus enim Imperator eas extruxit: estq; hic prope Templum s. Balbinæ vbi est cœmeterium s. Praxedis.

Progressus vlterius versus s. Sixtum flectes hic per vicum ad læuam ducetq; te ad s. Stephanum, vulgo rotundum, erat hoc Templum Fauni hic vestigia quoque videbis aquæductum qui aquam emittebant in Capitolium, & hic sumus in monte Cælio.

De S. Ioanne in Laterano, S. Cruce, alijsq. locis.

HInc recta à s. Stephano perges ad s. Ioannem Lateranum, vbi videbis obeliscum omnium maximum huc à Sixto v. translatum, ædificiumq; ab eodem egregium, licet, quod non incolatur, periculum sit vt paulatim, vt quidem cœpit, absumatur Pontifex præsens Canonicis s. Ioannis concessit. Obelisco adhæret fons egregius à Clemente viij. excitatus.

Deinde progredieris ad s. Crucem in Hierusalem; hic ante Templi ianuam est locus subterraneus, Veneris erat templum, vbi singu-

ſingulis annis 20. Auguſti eius Deæ ſolebant celebrare feſta, Theatrum vbi eſt eccleſia dicitur fuiſſe Statilij Tauri lateribus egregie conſtructum, amplum & elegans.

Progredieris inde ad Portam, vulgo Maiorem, olim Neuiam, videbisq; haud ſpernendam portæ ſtructuram. Hinc recta via Romam verſus reperies locum vbi olim erant trophæa Marij, nunc in Capitolium tranſlata, ibiq; prope tranſibis per arcum Galieni, arcus s. Viti nunc dicitur, vbi videbis appenſas claues Tiburtinæ Ciuitatis eo tranſlatas, in ſignum deuictæ gentis, quæ à Romanis defecerat. & hoc ſufficit vidiſſe pro prima die.

Secunda dies.

SEquenti die mane initium duces à S. Rocho, hic ad latus eius eccleſiæ videbis veſtigia adhuc Mauſolei Auguſti, locus cum ſuo nemore pertingebat ad S. Mariam de Populo.

Hinc progredieris ad portam Vrbis, Flaminia olim aut Flumentana dicebatur, nunc Populi, inſtaurauit eam vt viam dictam Flaminiam Pius iv. extra quam ſi paululum progreſſus fueris, videbis vineam Iulij iij. celebrem illam quidem, & non ſpernendam, vt videre eſt. Viſa ea, redibis ad montem nunc Trinitatis, olim collem Hortulorum cui ſubiacebat Circus Auguſti, vt etiam Naumachia Domitiani. Hinc ab eccleſia S. Trinitatis ad montem nunc Caballum, ſeu Equinum, olim Quirinalem. locum occupabant Horti Saluſtiani. Hinc ab hoc colle ſi tranſieris ad montem Quirinalem videbis ſub Palatio nunc Pontificis, olim Card. Ferrarienſis pecus veteres vbi habitabant mulieris proſtitutæ; eratq; templum Deæ Floræ ibiq; in honorem huius Deæ edebantur ludi, & ſpectacula obſcœniſſima.

De Equis marmoreis in monte Quirinali à quibus hic mons dicitur Caballus, & Thermis Diocletiani.

HIc in monte Quirinali prope Palatium Pontificis videbis equos marmoreos paululum loco motos ad amplificãdum locum, & inſtauratos à Sixto v. Neroni ex Aegypto tranſmiſſos, hicq; prope videre fuit veſtigium adhuc ingentis illis Neronis Palatij, quod magnam Vrbis partem occupabat. Hinc recta via progrediens ad portam dictam Piam, quod Pius iv. eam extruxe-

rit, viso, si placuerit Palatio Pontificis vbi est egregius hortus, & visendus, consitus à Card. Ferrarien. Gregorius xiij. primus Pontificum locum incoluit extructo Palatio, Sixtus v. adiunxit decus, sed Paulus v. omnium optime locum amplificauit, vt videre licet eiusq; nepos Card. Burghesius è regione fere equorum, Palatium & hortos extruxit, visendos sane deiectis antiquis vestigijs quæ extabant Thermarum Constantini Imperatoris, quæ ad s. Susannam excurrebant.

Hic è regione s. Susannæ videbis amplissimas Thermas Diocletiani Imperatoris stetit opus sanguine & sudore Christianorũ, vndecim enim millia dicuntur ab Imperatore huic structuræ dānata. Locum attribuit Pius iv. Carthusianorum habitationi, & Templo, nuper etiam è regione pars tributa fuit Templo & loco S. Bernardi ædificando. Locus est inter Viminalem, & Quirinalem alta semita olim dicebatur, hic prope in Viminali est Vinea F. Felicis olim Card. Montalti, postea Sixti v. hic, Cardinalis, arbores sua manu conseuit, Palatium egregium extruxit, postea Pontifex factus locum amplissime dilatauit. Alexander Cardinalis tunc Montis alti eius nepos prosequutus est ipse eundem locum mirifice statuis, piscinis, alijsq; delitijs exornaret.

Hic in monte Quirinali sunt aliæ vineæ amplissimæ præter huius & Cardinalis Ferrarien. olim instructissimæ, est præterea Vinea Card. Carpensis vbi quoque non desunt veteris antiquitatis egregia monumenta. verum cernitur nunc satis deserta.

Via hæc strata fuit & porta extructa à Pio iv. pia idcirco nominatur, & via, & porta. Extra hanc portam si excurres via Numentana ad S. Agnetem videbis Templum non contemnendum Bacchi, & sepulchrum admirandum ex porphyretico lapide. Diuæ Constantiæ Imperatoris Constantini filiæ nunc est sacrum. Hic cernuntur ante Templum vestigia Circi alicuius vbi ludi fiebant in honorem Bacchi.

His visis redi eadem via, & cum perueneris ad quatuor fontes flecte ad S. Mariam Maiorem, hic ad pedem montis reperies Templum S. Pudentianæ, Thermæ erant hic Nouati, & inter hoc Templum, & S. Laurentij in Paneperna erant Thermæ Olympiadis.

Hic etiam vbi nunc Templum S. Laurentij in Paneperna dicitur fuisse palatium Decij Imperatoris verisimile hoc videtur, nam hic S. Laurentius in craticula Decij iussu fuit exustus. Hic vbi nunc ecclesia S. Mariæ Maioris fertur fuisse Isidis templum plurimum à Romanis celebratum, alij ponunt hoc templum vbi nunc

eccle-

ecclesia SS. Nerei, & Achillei à Caracalla ædificatum. Hicq; in descensu collis, Iunonis quoque nemus dicitur stetisse, nunc illud capit Sixti v. vinea cum alijs duobus nemoribus. Templum quoque Iunonis hic erat, alij volunt fuisse etiam templum Dianæ, vbi nunc ecclesia S. Antonij; ab altera vero parte vbi nunc Templum S. Martini in montibus erat templum Martis.

De Septem Salis, Colisæo, & alijs.

PAululum cum progressus fueris in hac via quæ ducit ad S. Petri in Vincula, si flectes ad sinistram, videbis ibi ædificium admirandum opus, Septem Salæ vulgo nominatur, erat locus vbi aqua colligebatur, quæ deinde in varias Vrbis partes dispertiebatur, Titus Imperator cuius hic prope erat Palatium, dicitur ædificasse, & suas Thermas, vbi nunc ecclesia S. Petri ad Vincula, licet alij velint fuisse Traiani.

Hinc descendens peruenians ad Theatrum Vespasiani, vulgo Colisæum, opus toto Orbe suspiciendum 87. millia hominum spectabant hic ludos & spectacula quæ varia hic edebantur, gladiatorum nimirum, & ad bestias damnatorum: ex inferioribus enim caueis ferę egrediebantur hic pręter alios Martyres s. Ignatius fuit feris obiectus, si quid in hac re potest traditio, ostendebatur locus vbi fuit sanctus hic Martyr ab ijs laniatus, locus marmore ibidem iacente notatur, pium est credere.

Prope ingressum Amphytheatri videbis vestigium metæ sudantis, emittebat enim aquam ad populum reficiendum.

Huic proximus est Arcus Constantini quem ei erexit Pop. Rom. deuicto Maxentio, fuit hæc victoria diuinitus, vt notatur in eius inscriptione, parta; diuinitus quidem, quod Romani ignorabant virtute S. Crucis, quæ aurea fuit ei in Cælo ostensa. his literis IN HOC VINCES, fuisse partam. Hic prope in hortis S. Mariæ nouæ videbis vestigia templi Dei Serapidis. Paululum progrediens reperies Arcum Titi ei erectum à Pop. Rom. deuicta Hierosolyma, in cuius rei indicium videbis ab vna parte gestari à Militibus in triumphum candelabrum, & mensam propositionis, & alia è Templo Salomonis allata, ab altera parte videbis ipsum Imperatorem curru triumphali triumphantem inuictum cum Militibus laureatis fasces præferentibus.

De Templo Pacis, Monte Palatino.

HAec via quæ à Colisæo per arcum tendit in Capitoliũ dicebatur olim sacra. Cum transieris hunc arcum ad dexteram videbis Templum Pacis a Vespasiano Imperatore constructum, erat admiranda structura, vt etiamnum constat ex vestigio, columnis egregijs fulciebatur, vna supererat quam nuper Paulus V. transferendam curauit ad S. Mariam Maiorem, imposuitq; æneam B. Virginis statuam inauratam: estq; hæc columna omnium maxima. Huc in hoc templum transtulerat Titus optima & pretiosissima ornamenta è Tẽplo Salomonis allata, quæ fuere hic vsque ad incendium sub Commodo: Alij volunt ab Alarico Gothorum Rege, qui Vrbem cepit & vastauit esse ablata. fuit templum hoc ædificatum vbi olim erat Basilica Portij Catonis dicta Portia, & Curia Hostilia, vbi etiam C. Cæsar suam habebat domum.

Huic proximum est Templum SS. Cosmæ, & Damiani, olim Quirini, seu Romuli, seu etiam vt quidam volunt Vrbis Romæ, nam hic reperta fuit antiqua effigies Vrbis Romæ in marmore sculpta: alij Castoris, & Pollucis.

Huic deinde proximũ est templum olim Diui Antonini Imp. & Diuæ Faustinæ. Postea ab eadem hac parte fori Romani est Templum S. Hadriani, olim templum Saturni, & ærarium Pop. Rom. Proximum huic est Templum S. Martinæ olim Martis.

Ad pedem Capitolij est Arcus L. Septimij Seueri, inscriptio indicat quare eum Pop. Rom. huic Imperatori erexerit.

Ab altera parte Capitolij seu fori Romani è regione nunc forum Boarium. Templorum sunt octo columnæ templi Concordiæ, hic Senatus frequens cogebatur, erat hic quoque rostra vude orationes habebantur ad populum. Tres illæ columnæ supersunt de templo Iouis statoris quod Romulus vouit cum Romani hic contra Sabinos pugnantes a fuga restiterunt. Voluerunt quidam his tribus columnis superstetisse equum Domitiani, de quo Statius.

Huic proximum erat templum Vestæ vbi nunc ecclesia S. Mariæ libera nos a pœnis inferni.

Deinde Mons Palatinus vbi nunc Horti Farnesiorum celeberrimis ob Palatium Augusti cæterorumq; Imperatorum hic primum capit Romulus Vrbem ædificare, quæ figura quadrata complectebatur hunc montem Capitolinum, cum foro Romano, vsque ad Vespasiani amphytheatrum hic Romulus primum exquirere cœpit

pit augurium, Remus in monte Auentino. Ab hoc monte in Capitolium excurrebat porticus per quem è Capitolio transibant in Palatium.

De Capitolio.

CApitolium olim mõs Tarpeius, erat veluti caput Vrbis quod triumphantes ascendebant, ibiq; Ioui sacrificabant. Erant hic plurima templa, & statuæ. Rupis Tarpea cui innititur adhuc cernitur rudi saxo ab vna parte eminere. Erat hic celeberrimum templum Iouis Capitolini. vbi triumphantes sacrificabant, erat hoc templum ab ea parte qua nunc respicit forum, vulgo Montanara, habebat plurimos ascensus, ab hac parte inibant triumphantes vbi respicit Velabrum, & nunc est Templum S. Georgij in Velabro, ascendebant etiam Capitolium recta a foro Romano, & ab altera parte, nunc Vrbis.

Hic in Capitolio plurima sunt visu digna maxime in habitationibus Magistratus Populi Romani. Marcus Aurelius eques in medio est opus vt videbis egregium. Extat ibi inscriptio.

Ad latus s. Georgij videbis Arcum quem erexerunt Septimio Seuero argentarij, & negotiantes boarij qui hic suas habebant officinas ad forum boarium.

Hic etiam prope s. Georgium videtur Ianus quadrifrons, vulgo dicitur la loggia, videtur fuisse templum Iani forte quia Iano attribuitur anni principium quatuor hæ frontes significabant quatuor anni tempestates. Hinc si descendes in plateam vulgo Montanara, & paululum fueris progressus, reperies ecclesiam s. Mariæ in porticu ita dicta a porticu Octauiæ quam Augustus sorori suæ erexerat.

Inde si paulum fueris item progressus videbis Theatrum Marcelli quod eidem Augustus extruxit, est structura visenda, super hoc est Palatium Sabellorum.

Pergens deinde ad s. Angelum, vulgo in Piscaria, videbis vestigium porticus L. Septimij Seueri.

Hinc descendens ad aciem, vulgo Campi Floræ, videbis Palatium Vrsinorum vbi erat Theatrum Pompeij, cuius adhuc in stabulo cernuntur vestigia. Hic etiam prope videbis egregium Palatium dictum vulgo de Capite ferreo, & paulò vlterius reperies pulcherrimum laudanda structura Palatium Farnesiorum, plenum antiquitatis monumentis.

Dies tertius.

INcipiamus à Columna Antonini altitudo huius eſt 175. ped. cum ſcala cochleata interiori graduum 206. feneſtras habet 66. ſuſtinet æneam S. Pauli ſtatuam, quam ei imponendam curauit anno 1589. loco ſtatuæ Antonini quam Romanorum tempore ſuſtinebat Sixtus Papa V. qui etiam columnam eandem vetuſtate pluribus in locis conſumptam refecit.

Hinc digrediens recta perge ad S. Marcum inde ad Macellum vulgo de Corui, & hic flecte ad ſiniſtram & reperies Columnam Traiani, in huius quoque columnæ medio eſt ſcala cochleata qua per 173. gradus peruenitur ad eius verticem: 45. feneſtellis admittit lumen, altitudo eius eſt 128. ÷ ped. Rom. diameter eius in plano eſt ped. 16. vnc. 6. dig. 8. in cacumine adeo coarctatur vt diameter eius tantum ſit ped. 14. Rom. Hæc in vertice ferebat cineres Traiani Romam tranſlati ab Vrbe Seleucia vbi Romam rediens ſpolijs onuſtus & victorijs, morbo contagioſo grandeuus perijt. Nunc autem vt vides fert æneam S. Petri ſtatuam à Sixto quoque V. ibi collocatam anno 1588.

Quòd rem militiæ præclare geſſerat, Sen. Pop. Q. Rom. hanc ei columnam conſtituit. Erat hic forum Traiani eiuſdem elegantiſſima ſtructura & admiranda, Architectus eius fuit Apollodorus in arte eximius, eratq; plenum ſtatuis, alijsq; rei militaris inſignibus ita vt intuentes ſplendorem operis obſtupeſcentes hærerent animis defixi. Inſculptas habent hæ duæ Columnæ res ab eiſdem Imperatoribus terra, mariq; præclare geſtas.

Hinc digrediens, inſtitue inter verſus S. Mariam ſuper Mineruam, ita dicta eſt hæc eccleſia quod erat Mineruæ templum, habebatq; ſuum forum adiunctum, & merito quod templum olim Mineruæ Deæ ſapientiæ fuit dedicatum, nunc eſt B. Virgini ſummæ ſapientiæ matri conſecratum.

Pantheon, vulgo Rotunda.

NOn longe hinc diſtat Pantheon tēplum olim omnibus Dijs conſecratum M. Agrippa, vt præfert inſcriptio porticus extruxit S. deinde Bonifacius IV. mutato cultu commode Dei Matri, Sanctiſq; omnibus dedicauit. Eſt opus egregium pulcherrimum omnium quæ extant templorum, vulgo Rotunda dicitur

ob

ob figuram : tanta est eius altitudo, quanta latitudo 144. pedum.

De Thermis Agrippæ, & Neronis.

Retro hoc templum erant Thermæ eiusdem Agrippæ. Et non procul hinc vbi nunc est Templum S. Eustachij fuerunt Thermæ Neronis, adhuc supersunt vestigia amplissima. Palatium vulgo Madamæ partem earum complectitur.

De Agone, vulgo Nauona.

Et non procul hinc itur in plateam amplam, vulgo Nauona, ab Agone, olim ita appellatam, fiebant hic in hoc Circo ludi Agonales 9. Ianuarij in honorem Iani à Numa Pompilio instituti. Hic vltimo die Bacchanalium soliti erant nostri etiam circumferre speciem Triumphi Romani, ad quam visendam ingens confluebat populus. Hispani sane edunt hic nocte Resurrectionis Domini iucundum ac pium spectaculum eiusdem Resurrectionis, est res digna visu, mire mouet ad pietatem. Singulis diebus Mercurij hic fiunt Nundinæ, vulgo Mercatus. Volunt quidam olim fuisse appellatum Circum Alexandri, aut quia proximus erat Thermis huius Principis, aut, quia ipse instaurauerat. Est hic Templum S. Agnetis in Agone vbi hæc sanctissima virgo passa est incendium.

Hic prope ad Palatium Vrsinorum est statua, vulgo Pasquini celebris, ita dicta, quod Pasquillas, seu libellos infamatorios huic olim varios affigere fuerunt soliti, sed nunc non fit ob pœnas impositas hinc vulgo dicuntur Pasquilli Pasquinatæ, quando aliqui notant seu lædunt bonam aliorum existimationem hæc mane. Militem Alexandri Magni fuisse contendunt.

A prandio posses ire ad ædes DD. Millæsiorum prope plateam, vulgo platea Flametta, hic enim intus, forisq; videbis picturas eximias, quæ vulgo dicuntur claræ in obscuro, pinxit eas Polydorus pictor celebris. In his quoque ædibus sunt egregia monumenta tam vetera, quàm recentia sculpta, & depicta.

In ædibus quoque Cardinalium, & Principum Romanorum sunt variæ & egregiæ statuæ, diuersaq; antiquitatis monumenta, quæ hic non enumero, quod frequentius ædes mutent. sane in

ædibus Cardinalis Cæſij prope S. Petrum videbis egregias, Cardinalis enim Cæſius non præſens, ſed alter defunctus mirificæ his rebus, & merito delectabatur.

Cardinalis quoque Burgheſius plurimas, & egregias nuper tranſtulit ad ſuam Vineam ampliſſimam, extra portam Pincianam.

In Palatio Pontificis, in loco vulgo Beluedere ſunt laudatiſſimæ ſtatuæ, præcipue Laocoontis, vt ſupra notauimus, & Veneris, &c.

Sed ſi videre cupis inſignia huiuſmodi monumenta, tàm ſculptura, quàm pictura expreſſa inquire in monte Citorio, vulgo ædes Reuerendiſſimi D. Hieronymi Garimberti Epiſcopi Galleſij videbisq; hic eximias.



Catalogus Romanorum Pontificum.

An.Xp̃i	Nu.Pót.		Annos	Mẽses	Dies
34	1	S. PETRVS.	25		
70	2	Linus Volaterranus, Thuſcus.	11	2	23
81	3	Cletus, Romanus	12	7	2
93	4	Clemens, Romanus	9		
103	5	Anacletus, Athenieñ	9	3	
112	6	Euariſtus, Gręc⁹ ex Iudęo pr̃e	9	3	
121	7	Alexander, Romanus	10	5	20
132	8	Xyſtus, Romanus	10	1	9
142	9	Theleſphorus, Græcus	11	9	28
154	10	Hyginus, Athenieñ	4		
158	11	Pius, Aquileien.	9	5	27
167	12	Anicetus, Syrus	8	8	24
175	13	Sotherus, Fundan. Campanus	3	11	18
179	14	Eleutherus, Græcus	15		23
194	15	Victor, Afer	9	1	28
203	16	Zepherinus, Romanus	18		
221	17	Calixtus, Romanus	5	1	12
227	18	Vrbanus, Romanus	6		4
233	19	Pontianus, Romanus	5		5
238	20	Antherus, Græcus	1		
239	21	Fabianus, Rom.	15		4
254	22	Cornelius, Rom.	2	2	3
Schiſma primum, Nouatianus preſbyter Romanus contra Cornelium.					
255	23	Lucius, Romanus	1	8	
257	24	Stephanus, Rom.	3	3	25
260	25	Xyſtus ij. Athenien.	1		
261	26	Dionyſius, Græcus	11	3	
273	27	Felix, Rom.	2	5	
275	28	Eutychianus, Thuſcus	8	6	4
284	29	Caius, Dalmata	12	4	
297	30	Marcellinus, Rom.	5	1	25
309	31	Euſebius, Græcus	2	7	
311	32	Miltiades, Afer	2	2	
314	33	Sylueſter, Romanus.	21	10	
Concilium primum vniuerſale Niceæ 318. Epiſcoporum.					
336	35	Marcus, Rom.		8	

An. Xp̄i	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
337	36	Iulius, Rom.	15	5	16
352	37	Liberius, Rom.	15	9	
		Schisma secundus, Felicis cum Liberie, sed vterque aliquo tempore fuit legitimus.			
358	38	Felix ij. Rom. in schismate sed legitimus.	1	3	
367	39	Damasus, Hispanus, seu Lusitanus.	17	3	11
		Schisma tertium, Vrsicinius contra Damasum.			
385	40	Siricius, Rom.		13	1
		Secunda Synodus generalis prima Constantinopolitana 101. Episcoporum.			
398	41	Anastasius, Rom.	4	1	21
402	42	Innocentius, Alban.	15	1	
417	43	Zosimus, Græcus	1	4	7
419	44	Bonifacius, Rom.			
		Schisma quartum Eulalij contra Bonifacium.			
424	45	Cælestinus, Rom.		8	5
		Tertia Synodus generalis Ephesina 200. Episc. contra Nestorium.			
432	46	Xystus Tertius, Romanus	8	5	
440	47	Leo Magnus Thuscus, alij volunt Romanum.	20	11	2
		Quarta Synodus generalis Chalcedone ann. 451. 630. Episc. contra Eutychetem.			
461	48	Hilarius, Sardus	6	10	10
468	49	Simplicius, Tiburtin.	15	5	22
483	50	Felix iij. Rom.	9	11	17
492	51	Gelasius, Afer	4	8	19
497	52	Anastasius ij. Rom.	2		24
499	53	Symmachus, Sardus	15	8	
		Schisma quintum, Laurentij contra Symmachum.			
514	54	Hormisda, Frusinas Cāpanus	9		
522	55	Ioannes, Thuscus	2	9	
526	56	Fœlix iiij. Aprutin.	4	2	
530	57	Bonifacius ij. Rom.			
		Schisma sextum, Dioscori contra Bonifacium ij.			
532	58	Ioannes ij. Rom.	3		6
535	59	Agapitus, Rom.	2		
537	60	Syluerius, Frusin. Campanus	3		

Schis-

An. Xp̄i	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
		Schisma septimum per Vigilium, contra Syluerium.			
540	61	Vigilius, Rom.	15	6	29
555	62	Pelagius, Rom.	4	10	
560	63	Ioannes iij. Rom.	13		
573	64	Benedictus, Rom.	4	1	
590	65	Gregorius Magnus, Rom.	13	6	9
605	66	Sabinianus, Thuscus	5		19
606	67	Bonifacius iij. Rom.		8	23
607	68	Bonifacius iiij. Valerien.	8	6	13
615	69	Deusdedit, Rom.	3		
618	70	Bonifacius V. Neapolitan.			
626	71	Honorius, Capuanus	12	5	
639	72	Seuerinus, Rom.		11	4
640	73	Ioannes iiij. Dalmata		4	9
641	74	Theodorus, Hierosolimitan.	7	5	
649	75	Martinus, Tudertin.	6	3	12
654	76	Eugenius, Rom.		6	
655	77	Vitalianus, Signinus	14	5	
669	78	Adeodatus, Rom.	7	2	
675	79	Donus, Rom.	1	5	
678	80	Agatho Siculus	4	6	
		Sexta Synodus uniuersalis Constantinopolitana tertia, Episc. 289.			
683	81	Leo Siculus		10	
684	82	Benedictus ij. Rom.			
685	83	Ioannes V. Antiochenus	1		
687	84	Conon Thrax		11	23
688	85	Sergius Antiochenus	13	8	
702	86	Ioannes vj. Græcus	3	2	
708	88	Sisinnius Antiochenus			20
708	89	Constantinus Syrus			
715	90	Gregorius ij. Rom.	16	8	
731	91	Gregorius iij. Syrus	10	9	12
742	92	Zacharias, Græcus	10	3	
752	93	Stephanus ij. Rom.			4
752	94	Stephanus iij, Rom.	5	28	
757	95	Paulus, Rom.	10	1	
		Schisma octauum per Theophilactum Antipapam.			
		Vacat sedes annum unum.			
768	96	Stephanus iiij. Siculus	5	28	

772

An.Xpi	Nu.Pôt.		A.	M.	D.
772	97	Hadrianus, Rom.	23	10	
796	98	Leo iij. Rom.	20	5	
816	99	Stephanus V. Rom.	7		
817	100	Paſchalis, Thuſcus	7	3	16
824	101	Eugenius ij. Rom.	3	2	20
		Schiſma nonum per Zinzinum Antipapam.			
827	102	Valentinus, Rom.			40
828	103	Gregorius iiij, Rom.	16		
844	104	Sergius ij. Rom.	3		
847	105	Leo iiij. Rom.		2	6
855	106	Benedictus iij. Rom.	2	6	
		Schiſma decimum per Anaſtaſium Antipapam.			
856	107	Nicolaus j. Rom.	9	6	20
868	108	Hadrianus ij. Rom.	5	9	12
		Octaua ſynodus generalis Conſtantinopolitana 4. 383. Epiſc. contra Photium.			
873	109	Ioannes viij.	10		
		Alia ſynodus generalis Conſtantinopolitana 382. Epiſc.			
883	119	Marin⁹, ſiue Martin⁹ ij. Gallus	1		20
884	111	Hadrianus iij. Rom.	1	3	19
885	112	Stephanus vj. Rom.	6		
891	113	Formoſus, Portuen.	4	6	
		Schiſma vndecimum Sergij Antipapa contra Formoſum.			
895	114	Bonifacius vj. Rom.	4		15
899	115	Stephanus vij. Rom.	4	3	
901	117	Ioãnes ix. Rom. alij Tiburtin.	4		
905	118	Benedictus iiij. Rom.	3	6	16
907	119	Leo v. Ardentiñ.			40
908	120	Chriſtophorus Rom.		7	
908	121	Sergius iij. Rom.	2		
910	122	Anaſtaſius iij.	2	2	
912	123	Lando Rom.		6	22
912	124	Ioannes x. Rauennas	16		
929	125	Leo vj. Rom.	7		
930	126	Stephanus vij. Rom.	2		
931	127	Ioannes xj. Rom.	5		
936	128	Stephanus ix. Rom.	3	4	
943	129	Marinus ij. Rom.	3	3	13
946	130	Agapitus ij. Rom.	10	10	10

956

An.Xpi	Nu.Pót.		A.	M.	D.
956	131	Ioannes xij. Rom.	9		
Schisma duodecimum inter Leonem, Benedictum, & Ioannem.					
964	132	Leo viij. Rom.	1		
965	133	Benedictus v. Rom.	1		
966	134	Ioannes xiij. Rom.	6	11	5
972	135	Donus ij. Rom.		3	
973	136	Benedictus vj. Rom.		3	
975	137	Benedictus vij. Rom.	9		10
984	138	Ioannes xiv. Papień.	1		
985	139	Ioannes xv. Rom.	10		
995	140	Ioannes xvj. Rom.		4	
996	141	Gregorius v. Saxo	2	8	
Schisma decimumtertium per Antipapam Ioannem, contra Greg. v.					
999	142	Syluester ij. Vallo.	4	6	12
1003	143	Ioannes xvij. Rom.		5	
1003	144	Ioannes xviij. Rom.	6		
1009	145	Sergius iiij. Rom.	2	8	
1012	146	Benedictus viij. Tusculan.			
1024	147	Ioannes xix. Tusculan. frater Benedicti,	10		
1034	148	Benedictus ix.	11		
Schisma decimumquartum Syluestri, & Ioannis Antipaparum, quibus sublatis Benedicto ix. renunciante, creatus est Greg. vi.					
1044	149	Gregorius vj. Rom.	3		
1047	150	Clemens ij. Saxo	9		
1048	151	Damasus ij. Bauarus			23
Vacat Sedes annum vnum.					
1049	152	Leo ix. Lotharingus	5	2	8
1055	153	Victor ij. Bauarus	2	3	13
1057	154	Stephanus x. Lotharingus ex Abb. Cassin.		9	
Schisma decimumquintum per Benedictum Antipapam.					
1058	155	Nicolaus ij. Sabaudus	2	6	
1061	156	Alexander ij. Mediolan.	11	6	22
Schisma decimumsextum per Honorium Antipapam.					
1073	157	Greg. vij. Soanen. Monachus	12	1	3
Schisma decimumseptimum per Gibertum qui Clemens dici voluit.					
1086	158	Victor iij. Beneuentan. Mon.	1		
1087	159	Vrbanus ij. Gallus Monach.			

An. Xpi	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
1099	160	Paschalis ij. Thuscus Mon.	18	5	
		Schisma decimumoctauum Alberti, & Theodorici, contra Paschalem.			
1118	161	Gelasius ij. Caietanus Mon.	1		
1119	162	Calixtus ij. Burgundus			
		Concilium Generale Lateranense primum, Patrum 900.			
1125	163	Honorius ij. Bononien. alij Immolen.	5	1	17
1130	164	Innocentius ij. Rom.	13	7	
		Schisma decimumnonum Petri Leonis, contra Innocent. ij.			
		Concilium Generale Lateranense ij. sub Innoc. ij. Episc. 1000.			
1143	165	Cæleſtinus ij. Tifernas		5	13
1144	166	Lucius ij. Bonon.		11	14
1145	167	Eugenius iij. Pisan. Mon. Ciſtercien.	8	4	14
1153	168	Anaſtaſius iv. Rom. Canonicus Regularis.	1	4	14
1160	169	Hadrianus iv. Anglus	4	8	28
1160	170	Alexander iij. Senen.	22		
		Schisma 21. Calixti, & Paschalis, contra Alexandrum iij.			
		Concilium Generale Lateranen. 3. sub Alex. iij. Episc. 280. vel 300.			
1181	171	Lucius iij. Lucen.	4	2	28
1186	172	Vrbanus iij. Mediolanen.	1	10	25
1187	173	Gregorius viij. Beneuentan.	8		
1188	174	Clemens iij. Rom.	3	2	26
1191	175	Cæleſtinus iij. Rom.	6	9	11
1198	176	Innocentius iij. Anagnin.	18	6	9
		Concil. Gen. Lateran. 4. omniũ celeberrimũ in Europa. Patrum 1285.			
1216	177	Honorius iij. Rom.	10	8	
1227	178	Gregorius ix. Anagnin.	14	5	
1241	179	Cæleſtinus iv. Mediolan.			17
		Vacat Sedes annis 2.			
1242	180	Innocentius iv. Genuen.	11	5	14
		Concilium Generale Lugdunen. 1. sub Innoc. iv. in quo deponitur Fridericus Imp. & decernitur expeditio pro terra Sancta.			
1254	181	Alexander iv. Anagnien.	6	5	5
1261	182	Vrbanus iv. Gallus	3	1	4
1265	183	Clemens iv. Narbonen.	3	9	25
		Vacat Sedes an. 2. menses 9.			
1271	184	Gregorius x. Placentin.	4	4	10

An. Chr.	Nu. Pōt.		A.	M.	D.

Concil. Gen. Lugdunen. 2. sub Greg. x. pro vnione Græcorũ cũ Latinis.

An. Chr.	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
1276	185	Innoc. v. Ord. Præd. Burgun.	5		
1276	186	Hadrianus v. Genuensis			19
1276	187	Ioannes xx. Lusitan.		8	8
1277	188	Nicolaus iij. Rom.	2	8	29
1281	189	Martin. ij. dictus iv. Turon.	4	1	
1288	190	Honorius iv. Rom.	2		2
1288	191	Nicolaus iv. Ord. min. Asc.	4	1	14
1294	192	Cælestin. v. Isernus Heremita		5	17
1294	193	Bonifacius viij. Anagninus	8	9	18

Iste Pontifex Iubilæũ celebrauit, & statuit 100. *quoq; ann. celebrãdum.*

An. Chr.	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
1303	194	Benedictus x. dictus xj. Ord. Præd. Treuisan.	8	6	

Vacat Sedes *menses* 11.

An. Chr.	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
1305	195	Clemens v. Burdegalen.	8	10	16

Vacat Sedes ann. 2.

Concilium Generale Viennense sub Clem. v.

An. Chr.	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
1316	196	Ioannes xij. dictus xxij. Citurcen.	18	3	[illegible]
1334	197	Benedictus xj. dictus xij. Tholosan. Ord. Cisterc.	7	4	
1342	198	Clemens vj. Lemouic. Mon.	10	7	
1352	199	Innocentius vj. Lemouic.	9	8	26
1362	200	Vrbanus v. Lemouic. Mon.	8	2	23
1371	201	Gregorius xj. Lemouicen.	7	6	5

Reducit Sedem ad Vrbem.

An. Chr.	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
1378	202	Vrbanus vj. Neapolitan.	11	6	5

Schisma 23. omnium grauissimum Clem. contra Vrbanũ. Sederunt enim tres Pontt. *Greg. xij. Bened. xiij. & Alex. v. paulo post Ioan. xxij.*

An. Chr.	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
1389	203	Bonifacius ix. Neapolitan.	14	11	
1414	204	Innocentius vij. Sulmonen.	2	21	
1406	205	Gregorius xij. Venetus	8	7	[illegible]

Conc. Pisanum.

An. Chr.	Nu. Pōt.		A.	M.	D.
1409	206	Alexand. v. Creten. creatus in Conc. Pis. viuẽte Greg. xij.		10	
1410	207	Ioan. xxij. dictus xxiij. Neapolit. viuente Greg. xij.	5		15

Concilium Gener. Constantien. pro schismate tollendo in quo Greg. xij. se abdicauit sponte, idem fecit postea Ioan. xxij. Bened. vt Antipapa fuit depositus, sed noluit dimittere.

Mar-

An.Chr.	Nu.Pót.		A.	M.	D.
1417	208	Martin. iij. dictus v. Rom.	13	3	10
Schiſma 25. Clementis Antipapæ contra Mart. v. mortuo Bened. xiij.					
1431	209	Eugenius iv. Venetus	15	11	21
Schiſma 26. Felicis Antipapæ contra Eugenium iv.					
Concilium Generale Florentinum pro vnione Græcorum cum Latinis.					
1447	210	Nicolaus v. Sarzanen.	8		19
1455	211	Calixtus ij. Valentin.	3	4	
1458	212	Pius ij. Senen.	5	11	27
1464	213	Paulus ij. Venetus	6	10	26
1471	214	Sixtus iv. Saonen.	10		4
		Reuocauit Iubilæum ad annos 25.			
1484	215	Innocentius viij. Genuen.	7	10	27
1492	216	Alexander vj. Valentin.	11	8	
1503	217	Iulius ij. Saonen.	9	3	
1503	218	Pius iij. Senen.			26
1513	219	Leo x. Florentin.	8	8	20
1522	220	Hadrianus vj. Vltraiecten.	1	8	6
1523	221	Clemens vij. Florentin.	10	10	
1534	222	Paulus iij. Rom.	15		25
1550	223	Iulius iij. Aretin.	5	1	15
1555	224	Marcellus ij. Politianus			22
1555	225	Paulus iv. Neapolitan.	5	2	27
1560	226	Pius iv. Mediolanen.	5	2	15
1566	227	Pius v. Alexandrin. Ord. Pr.	6	3	24
1572	228	Gregorius xiij. Bononien.	12	10	27
1585	229	Sixtus v. Montis alti Picen.	5	4	
1590	230	Vrban. vij. Rom. (Ord. Min.			11
1590	231	Gregor. xiv. Mediolanen.		10	10
1591	232	Innocentius ix. Bononien.		2	
1592	233	Clemens viij. Florentin.	13	1	3
1605	234	Leo xj. Florentin.			26
1605	235	Paulus v. Rom.	15	8	12
1621	236	Gregor. xv. Bonon.	2	4	29
1623	237	Vrbanus viij. Florentin.			

Hæc perpetua ſeries, & ſucceſſio Romanorum Pontt. eſt vno ex præcipuis quæ S. Auguſtinum tenuit in Eccleſia Catholica id enim ipſe teſtatur contra Epiſtolam Manichæi fiendam cap. 2.

Tenet (nimirum me in Eccleſiæ gremio) ab ipſa Sede Apoſtoli Petri, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſsio Sacerdotum.

Imperatores Romani.

An.Dñi	Nu.Imp.		Annos	Mẽses	Dies
1	1	Iulius Cæſar Rom.	4		
2	2	Auguſtus	13		
15	3	Tiberius Rom.	22	6	
39	4	Caius Rom.	3	10	
43	5	Claudius Rom.	13	8	
57	6	Nero Rom.	13	7	
70	7	Galba Rom.	7	25	
71	8	Otho Rom.		3	
71	9	Vitellius Nucerinus		8	
72	10	Veſpaſianus Rom.	9	11	
81	11	Titus Rom.	2	2	
83	12	Domitianus Rom.	15	15	
99	13	Nerua Narnien.	1	4	
100	14	Traianus Hiſp.	19	6	
120	15	Hadrianus Rom.	21	11	
140	16	Antoninus Pius	22	8	
163	17	Marc. Aurelius, & Luc. Verus	19		
182	18	Commodus	12	9	
195	19	Pertinax		3	
195	20	Didius Iulianus		2	
195	21	Seuerus African.	17	8	
213	22	Antoninus Caracalla	6	2	
219	23	Macrinus	1	1	
220	24	Marcus Aurelius Antoninus Heliogabalus	3	9	
224	25	Alexander Seuerus	13		
235	26	Maximinus Thrax	3		
241	27	Gordianus	5		
242	28	Philippus	6		
253	29	Decius	1	3	
254	30	Gallus, & Voluſianus	3		
257	31	Valerianus, & Galienus	8		
263		Galienus ſolus	7		
269	32	Claudius ij.	3		
271	33	Aurelianus Dacus	6		
278	34	Tacitus		6	

Flo-

An.Dñi	Nu	Imp.	A.	M.	D.
	35	Florianus		6	
279	36	Probus Dalmata (riano	5		
284	37	Carus, cũ filijs Carino, & Nume-	2		
285	38	Diocletianus, cũ Maximiano	20		
304	39	Constantius, & Galerius	3		
306	40	Constantinus Magnus	31		
337	41	Constantinus Iunior	4		
	42	Constans	13		
	43	Constantius	24		
361	44	Iulianus	1	9	
364	45	Iouianus Pannon.		7	20
364	46	Valentinianus Occidentis	12		
	47	Valens Orientis	25		
		Hic diuisũ fuit Imperiũ in Orientẽ, & Occid.			
375	48	Gratianus Occid.	8		
	49	Valentinianus iunior Occid.	17		
379	50	Theodosius Or.	17		
395	51	Honorius Occid.	28	5	
395	52	Archadius Or.	13	3	
408	53	Theodosius iunior Or.	43		
425	54	Valentinianus iij. Occid.	30		
451	55	Marcianus Or.	6	6	
455	56	Maximus Occid.		3	
	57	Auitus Occid.		10	
457	58	Maioranus Occid.		4	
457	59	Leo Or.	18		
461	60	Seuerus Occ.	5		
467	61	Anthemius Occid.	6		
473	62	Olibrius Occid.		7	
474	63	Glicerius Occid.	1		
	64	Zeno Or.	18		
	65	Iulius nepos menses paruos			
	66	Momillus Augustus	10		
		Basiliscus occupat Imperium Orientis, & tenet annos fere duobus.			
		Interim dum Imperatores imperant in Oriente, Italia regitur à Regibus.			
476	67	Anastasius	17	3	
493	68	Iustinus	33	2	

Iu-

An.Dñi	Nu.Imp.		A.	M.	D.
527	69	Iuſtinianus	38		
566	70	Iuſtinus Iunior	15	9	
585	71	Tiberius	5		
586	72	Mauritius	17		
603	73	Phocas	8		
610	74	Heraclius	31		
641	75	Conſtans	27		
668	76	Conſtantinus Pogonatus	17		
685	77	Iuſtinianus Iunior	10		
694	78	Leontius	3		
696	79	Antimarus Tiberius	5		
703		Iuſtinianus Iunior iterum	8		
711	80	Philippicus	1	6	
713	81	Anaſtaſius	2		
715	82	Theodoſius			
716	83	Leo Iſaurus Iconomachus	24	2	
741	84	Conſtantin.Copronimus Ico-	34	2	
776	85	Leo iv. (nomachus	5		
780	86	Conſtantinus cũ Irene matre	10		
790		Conſtantinus ſolus	7		
797	87	Irene ſola	5		
		Pontifex transfert iterũ Imperiũ in Occid. imperantq; rursũ duo, vnus in Occid. alter in Or.			
800	88	Carolus Magnus Occid.	14		
802	89	Nicephorus Or.	10		
812	90	Michael Curopalates Or.	2		
814	91	Ludouicus Pius Occid.		7	
814	92	Leo Armenius v. Or.	7		
821	93	Michael Balbus Or.	9		
830	94	Theophilus Or.	11		
841	95	Lotharius Occid.	1		
842	96	Michael cũ Theodora matre	14		
856	97	Ludouicus Iunior Occ. (Or.	11		
867	98	Baſilius Macedo Or.	9		
876	99	Carolus Caluus Occ.	2		
878	100	Ludouicus iij. Occ.	3		
881	101	Carolus Craſſus Occ.	5		
886	102	Leo vj. Or.	2	3	
888	103	Arnulphus Occid.	12		

An.Dñi	Nu.Imp.		A.	M.	D.
900	104	Ludouicus iv. Occid.	6		
906	105	Conradus Occid.	7		
912	106	Henricus Occid.	20		
	107	Constantinus viij. Or.	49		
936		Otho titulo Regis Occid.	26		
961	108	Romanus Or.	2		
962	109	Otho vt Imperator	12		
963	110	Nicephorus Phocas Or.	7		
970	111	Ioannes Zemiscis Or.	6		
973	112	Otho ij. Occ.	10		
975	113	Basilius, & Cōstantinus Or.	10		
984	114	Otho iij. Occ.	18		
1002	115	Henricus ij. vt Rex Occ.	12		
1014		Idem coronatus Imp. Occ.	11		
1025	116	Conradus ij. Occ.	15		
1026		Constantinus solus Or.	3		
1029	117	Romanus Or.			
1034	118	Michael iv. Or.	8		
1042	119	Michael v. Or.	1		
1043	120	Constātinus Monomach. Or.	12		
1055	121	Theodoro Porphirogenita	1	9	
1057	122	Henricus iv. Occ. (Or.	5		
1057	123	Michael vj. Or.	1		
1058	124	Isaacius Connenus Or.	4		
1061	125	Constantinus Duca Or.	7		
1068	126	Romanus Diogenes Or.	4		
1072	127	Michael vij. Or.	6		
1078	128	Nicephorus Botto Or.	3		
1081	129	Alexius Connenus	38		
1084		Henricus iv. hoc anno coronatur Imperator, & Imperatoris nomen assumit.			
1106	130	Henricus v. Occ.	20		
1119	131	Ioannes Connenus Or.	24		
1125	132	Lotharius ij. Occ.	14		
1139	133	Conradus iij. Occ.	3		
1143	134	Manuel Connenus Or.	38		
1152	135	Fridericus Aenobarbus Oc.	37		
1181	136	Alexius Connenus Or.	2		
1183	137	Andronicus Connenus	3		

Isaa-

An.Dñi	Nu.Imp.		A.	M.	D.
1186	138	Iſaacius Angelus Or.	6		
1200	139	Philippus Occ.	9		
1200	140	Balduinus Belga Or.	9		
1209	141	Otho iv. Occ.	4		
1209	142	Henricus Or.	7		
1212	143	Fridericus ij. Occ.	33		
1216	144	Petrus Or. menſes aliquot.			
	145	Robertus Or. (norũ	11		
1227	146	Balduinus ij. Or. vlt. Lati- Imperium vacat annis 28.	34		
1261	147	Michael Palæologus Or.	33		
1273	148	Rodulphus Occ.	20		
1294	149	Aſtaulphus Occ.	6		
	150	Andronicus Or.	40		
1299	151	Albertus Occ. (hoc anno	10		
1300		Othomannus j. Turc.Imp.	28		
1309	152	Henricus vij. Occ.	5		
1315	153	Ludouicus iv. Occ.	33		
1334	154	Andronicus Iunior Or.	14		
1348	155	Carolus iv. Occ.	32		
	156	Caloioannes Or.	30		
1378	157	Manuel Or.	2		
1380	158	Venceſlaus Occ.	1		
1380	159	Andronicus iij. Or.	22		
1402	160	Robertus Occ.	10		
1412	161	Sigiſmundus Occ.	7		
1419	162	Ioannes Palæologus Or.	21		
1440	163	Albertus Iunior Occ.	1		
1441	164	Fridericus iij.	6		
1447	165	Conſtantinus xj. vlt.Or.nam Conſtantinopoli capta à Maumetho x. Turcarum Rege, cœpit hic imperare in Oriente anno 1452.			
1494	166	Maximilianus	26		
1520	167	Carolus v.	38		
1558	168	Ferdinandus	6		
1564	169	Maximilianus Iunior	12		
1577	170	Rodulphus ij.	35		
1612	171	Matthias j.	6		
1618	172	Ferdinandus ij.			

REGES FRANCORVM.

423 Ferramundus
Clodius
Meroueus
Childericus
491 Clodoueus I. Rex Christianus baptizatur à S Remigio Remen, Archiepiscopo, & primus signa pro Religione cum Christi hostibus contulit deuictis Vvisigothis in Hispania
Childebertus
Lotharius
Hiribertus } filij Lotharij Regnum diuidunt
Hilpericus
Guntranus
Hildericus solus
Lotharius II.
Dagobertus, qui S. Dionysium Parisijs ædificauit.
Clodoueus II.
662 Lotharius III. aliàs Clotarius
Hildericus II.
Theodoricus
Clodoueus III.
Hildebertus
Clodoueus IV.
Dagobertus II.
Childericus II.
Theodoricus II.
Cala.
741 Childericus III. dictus Stupidus, siue Insensatus, eo in Monasterium detruso elegitur (cōsilio Pontificis Zachariæ) Pipinus Caroli Martelli filius dictus Breius ex Maiore Domus fuitq; à S Bonifacio inūctus
778 Carolus Magnus prçter alia vicit Longobardos euocatus ab Hadriano I. in Italiam capto Desiderio eorum Rege vltimo, in quo deficit Regnum Longobardorum, siue Italiæ, anno à quo cæperat 200.
Ludouicus Pius
Lotharius
Carolus II. dictus Caluus.
Ludouicus Balbus
Carolomannus
Carolus III.
Carolus IV. dictus Simplex.
Ludouicus VI. dictus IV.
Lotharius
Ludouicus VII. dictus V. vltimus Rex ex Caroli Magni genere
985 Hugo Capetus I. ex Gallis, & Parisiensium Comitum familia.
S. Robertus, pius vir aliquot sequentias, & Respōsoria, quibus etiā nunc vtitur Romana Ecclesia, composuit
Henricus I.
Philippus I.
Ludouicus VIII. dictus V I. Magnus, & Crassus.
Ludouicus IX. dictus VII. & Iunior
Philippus II. cognom. Theodatus, & Augustus.
Ludouicus X. dictus VIII.
1227 S. Ludouicus XI. dictus IX.
Philippus III. cognom. Arcidux.
Philippus IV. Pulcher.
Philippus V. Longus.
Carolus IV. Pulcher.
Philippus VI. Valesius cognom. Catholicus.
Ioannes I.
Carolus V. Sapiens.
Carolus VI. Beneamatus
Carolus VII.
Ludouicus XI.
Carolus VIII.
Ludouicus XII.
Franciscus I. Valesius.
Henricus II.
Franciscus II.
Carolus IX Maximilianus eius frat.
Henricus III.
Henricus IV. Borbonius,
Ludouicus XIII.

Iter Romæ ad Beatam Virginem Lauretanam.

Roma ad primam Portam, m.7. ad Castrum nouum, m.9 Regnanum, m.6. Ciuitatem Castellanam, m. 9. Burghettum, m. 8. Ocriculum, m. 5. Narnium, m.8 Ternium, m.7. ad Vallem strecturam, m. 8. Spoletum, m.8. ad Passum, m.8. Cameram, m 4. Verchianum, m.6. Sarauallem, m.10. Muccíam, m.8. Poluerinam, m.4. Valcimaram, m.4. Tolentinum, m.8. Maceratam, m.10. Recinetum, m.8. Lauretum, m.4. Ancunam, m.12,



1578-962

Sacré 25/11/59 fl. 10

104 S.,
7 Holzschn.
(incl. 1 doppelbl groß)
58 S., 1 Bl.,
18 Holzschn
coll. XII. bw
Lo